

UNIVERSÆ PHILOSOPHIÆ STUDIA

BEATISSIMO, SANCTISSIMOQUE PATRI,
AC DOMINO, DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO

C O N S E C R A T A

A DOMINICO PASSIONEO FOROSEMPRONIEN.

Collegii Clementini de Urbe PP. Congregationis
Somaschæ Convictore, atque Academico,

Et publicæ Disputationis ergo, in eodem Collegio
communiter DD. critério exhibita

IN EPITOMEN,

PRÆSIDE P. D. FRANCISCO MARIA PASTORI C. R. S.
Ibidem Philosophiæ Lectore, & Sacræ Theologiæ Professori,

in cuius facultate arguendi contra quamlibet

Ex Theibus propositis,

Die xv. Septembris

Mane ab hora xv. usque ad xvj.

Vespere à xxj. ad xxij.

ANNO A NATIVITATE DOMINI MDCCI.



ROMÆ, MDCCI.

Typis Lucæ Antonij Chracas, propè Magnam Curiam INNOCENTIANAM.

SUPERIORUM LICENTIA.

historiae
Lex
Auctores
232-68
Archivum
C. R. a Somasca

232
68



Arnoldus van Weizhouz Andwerp Ford. Mox. Pvinc. Etruria Sculptor fecit Roma Sup. form. An. 1701

ARCHIVO GENERALE
AGORS
CANTONE DI LUGANO

Clemente XI

UNIVERSÆ PHILOSOPHIÆ STUDIA

BEATISSIMO, SANCTISSIMOQUE PATRI,
AC DOMINO, DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO

C O N S E C R A T A

A' DOMINICO PASSIONEO FOROSEMPRONIEN.

Collegii Clementini de Urbe PP. Congregationis
Somaschæ Convictore, atque Academico,

Et publicæ Disputationis ergo, in eodem Collegio
communi DD. criterio exhibita

I N E P I T O M E N,

PRÆSIDE P. D. FRANCISCO MARIA PASTORI C. R. S.
Ibidem Philosophiæ Lectore, & Sacræ Theologiæ Professore,

Data cuilibet facultate arguendi contra quamlibet

Ex Thesis propositis,

Die xv. Septembris

Mane ab hora xv. usque ad xvij.

Vespere à xxj. ad xxij.

ANNO A' NATIVITATE DOMINI MDCCCI.



ROMÆ, MDCCCI.

Typis Lucae Antonij Chracas, propè Magnam Curiam INNOCENTIANAM.

SUPERIORUM LICENTIA.

le 255/17
p 9/25



BEATISSIMO, SANCTISSIMOQUE PATRI,
AC DOMINO, DOMINO NOSTRO
CLEMENTI XI.
PONTIFICI MAXIMO


DOMINICUS PASSIONEUS.

MAJESTATIS *æternæ,*
parilisque Potentię par-
ticipem Sedem, qui ma-
gnitudine virtutis im-
ples BEATISSIME PATER, *obsequii*


a 2

mei







mei munus quantulumcumque sit,
excipere, ne dedigneris, dum deli-
bati Philosophica ex arena census
Tuo inscribuntur Nomini, ut aequè
constet Te Maximum, ac supra
fidem Clementissimum Principem
nobis contigisse. Te Maximum
quidem, atque Clementissimum
Principem nobis contigisse novi-
mus, cujus Providentiam, & Cu-
ram jure meritò laudaturi præco-
nes disertissimi, licèt verba sint fa-
ctis faciliora, illi tamen prius defi-
ciunt in dicendo, quàm Tu facien-
do, quæ splendore suo ab omni
cultu sollicitos eximunt. Verùm
quia in laudibus Tuis, ut in pretio
est vires fatigari, non ita desideria
nostra expleri, equabili Modestiae
Tuae injucundum non sit, quid ego
viderim, quidve audierim, refe-
ram,



ram, dum nuper ad Solium Tuum
supplex universa studia mea dica-
turus accesseram. Te sublimi Tro-
no sedentem prospexi, & ponè vir-
tutum circumstantium Chorum
majestatem sedentis implere.
Exultantes è regione Urbinates
patrii Lares adorabant caelestes
aligeros ORIENS EX ALTO vertice
Montium Sydus lucentissimum,
cum brevi, sed multiplici præconio
plena epigraphe, deferentes. Hinc
eminus in prælium congressuri
exercitus sua fata ex Virtutum
Tuarum Oraculo, Consilioque ex-
pectabant. Virtutum autem Tibi
ancillantium vota una Pax visa est
intercipere, Teque expectatione
sua majorem hisce sermonibus af-
fari. Universa Virtutum munera,
quæ Tibi in consuetudinem, vel in
tenc-




tenera aetate, venerunt, & quibus omnia deinceps officia vitæ condecorasti, nihil unquam plus æquo, aut metui, aut gratiæ concedens, siue cum in studiorum recessu peragenda optimè scriberes, siue cum publicis curis, & dignitatibus addictus scribenda egregiè patrares; modò jure suo à Te ad supremam Terrarum Orbis Dignitatem assumpto exigunt, ut majori auctoritate, & potentia fultus velis eorumdem semina in uberiores frugem excrescant, illa undique non solum exemplo, sed & imperio propagando. Hac de causa è vivis erepto felicissimæ recordationis INNOCENTIO XII. postcebaris ore omnium in Summum Pontificem, ut Principis Optimi jactura successione peropportuna compensaretur,




tur, atque Divino Numine palàm docente, Te unum ad hunc apicem evehendum, extemplò facta est in ingenti Reipublicæ Catholicæ perturbatione firma illa totius Collegii Purpuratorum Patrum in decernenda Tibi summa potestate consensio, ex qua cum certa, & explorata meritorum Tuorum opinione, attingere videbamur, quod hominum fortes versanti Deo jam referre possemus in acceptis, nostræ felicitatis summam, totiusque Orbis coronata gaudia. Sed vidimus tunc Te unum mærentem, atque tuis in lacrimis cunctorum lætitiæ naufragio propè perituram; nisi ORIENS EX ALTO Decretum inuito à proposito recusantem dimovisset, sicut in votis offerentium voluntates firmaverat. Omnibus à sæculis inauditam lu-


am



Etam mirabamur, exitumque di-
versum Probitas Tua, & sollicitudo
nostra precabantur: Quum tandem
invicta Tua Virtus, quod fortiter
moliebatur amanter dissolvens, Pie-
tate sola superata est. Laudabilis
valde pugna fuit, in qua mutuus
certavit amor; at honorabilior Vi-
ctoria cessit, in qua mutua Pietas
triumphos ingeminavit. Eximium
fuerat diu Te perseverasse Orbis
Imperium recusando, & Purpura-
tos Patres offerendo; plus tamen
fuit, non timuisse acceptando, ne
vota nostra unquam minueres, dum
deficeres in Tuis. Ut stare incon-
cussa Ecclesie tranquillitas, gemen-
tem Sponsam debuit primis ulnis
amplecti de subsequentibus melio-
ribus tuta gaudiis, ubi Regnantem
non Supremi Verticis fastigium le-
tum,




tum, & prosperum, sed aspera, &
ardua negotia ad regimen capef-
sendum impulerunt, in laborum,
& curarum immensitatem. Justus
quippe Principatus, qui laboribus,
curis, & vigiliis, gravis, & inquietus
esse solet, dulcis fit animo illum
cum lacrimis ita meruisse, & su-
scipisse, ut nequeat amplius ulla
perturbatione Principis concuti,
aut subditorum anxietate turbari.
Hinc nunquam intermissa cura-
rum serie, asperrimas illarum Tibi
libet comparare, ut ceteri quietis
rebus perfruantur, solaque Virtu-
tum exercitia in deliciis consti-
tuens, sive Tempa ad cultum Di-
vinum augendum invisit, sive Xe-
nodochia discurre, ubi mirando,
memorandoque pietatis officio ad
infirmorum salutem utramque re-



*ficiendam, reparandamque, non
Tibi reputas indecorum, quod pul-
chrum, & pretiosum est Deo.
Gaudent profectò caelestia corpo-
ra motu perpetuo agitari, & quid-
quid homines laborem vocant, il-
lorum natura est, ineffessa verti-
gine rotari, atque in ipsa statione
quietem nescire. Sic Tu continua-
tis laboribus, & in se quodam orbe
redeuntibus curis in exercitus es;
ut omnibus omnia factus, adeo ve-
lox Providentia Tua sit, tamque in
omnia pariter intenta Bonitas, &
parata Clementia, ut tristius ali-
quid sub dictione Tua passis ad re-
medium, salutemque sufficiat, ma-
lum illud Te novisse, & jam malo-
rum incurfus, honorum cessit in
occasionem. Sunt quidem praecla-
ra haec, quae in publicum proferis*


g/fo-



*gestorum Tuorum merita, sed non
minora ea, quae fulgent privato in
limine. Statuisti Supremae Digni-
tatis fundamentum Tuam primùm
Integritatem, ac Temperantiam;
deinde omnium, qui Tecum agna-
tione devincti sunt: Unde Tibi Fra-
ter, & Nepotes haerent in decus, &
ad gloriam tuam accedunt, tali Pa-
truo, tali Fratre dignissimi. Quae
illorum modestia, quae continen-
tia, quae morum integritas? Probi
quantum muneribus, & honoribus
Principatus digni sunt, qui Prin-
cipis eisdem cum agnato Sanguine
Virtutes hauserunt? Sed illi nihil
ex fortuna Tua sibi vendicant, nisi
honorum operum incitamentum.
Verum tanto sub Duce, & Auspice
viam Virtutis ineutes, volvunt sibi
superioris Fortuna rotas meritis*


b 2

famu-



famultrices : etsi aliquando avitum Principem sese tunc amississe senserunt , quum solium ascendit ; Nunc in solio Regnantem Pontificem præcipuo Jusitiæ pondere coactum volet ex alto Deus , amori festinanti negata præmia , meritis maturè petentibus majori cum fenore largiri . Augetur inde serio gloria Tua , atque adeo quotidie crescit , ut vel ab ipsis Romana Fidei hostibus in admirationem adactis , & obsequium extorqueat , & præconiis extollatur . Non enim contigit illi , quod ventis solet ; initio vehementissimos esse , & postmodum fractos , ac debilitatos evanescere , sed quod ingentibus fluminibus ab exortu magna esse , perpetuoque progressu , & suarum , aliarumque aquarum veluti agna-

tione



tionem coeuntium incremento , capciores in alveos effundi , ac dilatari . In decorem , & amplitudinem nominis immortalis , quod solum præstare mortalitas potest , excellentes Imperantium Virtutes in communi felicitate procuranda , communem modum supergressas præclarissimis notis veteres olim designabant , & illos Magnos , Augustos , & Felices nuncupando , ambitiosæ Majestati quidquid poterant titulorum , vel amore , vel ingenio congeriebant . Sed inter omnes enituit semper celebre illud nomen PATRIS PATRIÆ ideo indictum , ut cum subditis , quasi Parens cum liberis , Principes versarentur imperii habenas amabili regimine perpetuo moderaturi . Quo quidem titulo sum-

nam



nam Providentiam, Pietatem, & Justitiam Tuam non modò licet exornare, sed & ex illis majorem, dignioremq; titulum oportet eruerè, Te PATREM URBIS, & ORBIS vocando. Loquatur enim verò Orbis, loquatur Urbs, quàm aptè, & appositè hoc Tibi cognomentum conveniat, quibus propter affluentes incredibilium honorum copias ex Tuo regimine gratissimum est. Innumeris quidem procellis agitatum Christianæ Reipublicæ Navem regendam suscepisti; Sed illicò Te illam gubernante, ORIENS EX ALTO Sydus proximam serenitatem securo omne indixit; & si ingruant adhuc bellorum turbines, hic adsum ego illos Te jubente sedatura, ut una mecum Virtutes omnes per Orbem floeant, & in Principe Urbe coro-


nen-



nentur. CLEMENTISSIMO enim, verò sub SYDERE stillantibus MONTIBUS pacis dulcedinem, in Te, & per Te, Urbi, & Orbi iis bonis est datum potiri, quæ, & habere superior optavit ætas, & diu seruari, ac extendi in posterum, præsens, & futura desiderat. Ad hæc in serenitate, illaritateque vultu pridem lachrimanti composito, annuebas BEATISSIME PATER, quique circumstabat Virtutum ceterarum chorus pacis faustissima vota inaugurando, quidquid iusseris in communem salutem, felicitatemque, quantociùs exequi gestiebat. Sed quò nimis audax excurrit epistola? Parce precor PRINCEPS CLEMENTISSIME, si semel in Tuas laudes ingressa, dum illarum terminos continere non po-


tuit





*tuit, egressa est suos . Illud unum
propositum fuerat, me studia mea
SANCTISSIMO, MUNIFICENTISSIMOQUE
MOECENATI dicaturum, ante Sacra-
tissimos Pedes Tuos in obsequium
effundi, ibique Tuorum in omnes,
atque omnium in Te, meorumque
præcipuè votorum æternum monu-
mentum perhibere.*

EX



EX LOGICA.

I.




IVINARUM, & humanarum
rerum Philosophia ad bene
sentiendum de rebus, apte-
que agendum in vita, sui stu-
diosum disponit, veritatem
sectando, & honestatem dili-
gendo. Conspicit inde perfecta Sapiencia in
summa animi virtute consistens, qua intel-
lectus rerum veritatem nactus, & voluntas
morum honestate imbuta, neque hæc ullis
perturbationibus commovetur, nec ille erro-
neis opinionibus distrahitur in veræ felicita-
tis assecutione, à multis fortasse desperata,
quia pauci ex optimo Philosophiæ studio
certissimam hanc mercedem noverunt.

II.

A' Deo itaque, ad quem conducit, ori-
ginem habet Philosophia primo nostro Pa-
renti infusa, & ab ipso posteris per doctri-
nam communicata, non re, sed nomine à

A

Py-



2
Pythagora inventa, cæterisque Sapientiæ cultoribus ex rerum admiratione, & accurata causarum, atque effectuum inquisitione mirum in modum adaucta, non solum apud Græcos, sed etiam apud reliquas Nationes Philosophiæ studio celebres, & Græcis antiquiores, ut indicat Plato in Timæo, & Cratylo, atque Aristoteles primo Metaph., nempe Ægyptios, Persas, Caldæos, & omnium primos Hebræos.

III.

Licet una sit Philosophia, circa illam tamen, ut ex Apennino fluminum, sic ex Sapientum jugo plurima facta sunt doctrinarum divortia, unde à variis Philosophis variæ Sectæ Græcicæ ortæ, quæque primæ omnium fuerunt aliarum quasi matrices, Poetica relicta fabularum involucris præcepta moralia, & arcana naturæ contegente, duæ sunt, Jonica, & Italica: Eleaticam enim satius videtur Italicæ partem, cujus principis innititur, quam tertiam principalem constituere.

IV.

3

IV.


Jonicæ in urbe Mileto Jonica Secta circa Olympiadem quinquagesimam à Thalete sumpsit exordium, quique illi successerunt Philosophi Anaximenes, Anaxagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Antistenes, Aristippus, & alii, finita, & determinata principia rerum admittentes, vel ex proprio nomine, vel patria, sive loco, aut docendi consuetudine cognomentum variis Sectis dedere, inter quas primum modò tenet Peripatetica, quinque scholis celeberrimis Thomistarum, Scotistarum, Realium, Nominalium, & Neoteritorum ulterius fecunda, totumque ferè per Orbem diffusa.

V.

Italicam Sectam circa Olympiadem sexagesimam primus instituit Pythagoras Crotonæ urbe in ea Regione Italiæ, quæ olim magna Græcia, modò Calabria, nuncupatur, quique illi successerunt Philosophi, Epicharmus, Parmenides, Zeno, Leucippus, Democritus, Pirro, Epicurus, & alii, vel infinita,

A 2

vel




4
vel indeterminata rerum principia ponentes in varias pariter divisi sunt sectas, ex quibus ferè antiquatis, Democriti, & Epicuri sententiam aliqui Atomistæ sæculo post Christum natum decimo sexto ad ingenium potius ostentandum, quam veritatem ostendam renovare ceperunt.

VI.

Philosophiæ autem partes quatuor communiter recensentur, nempe Rationalis, Moralis, Naturalis, & Transnaturalis, quarum primæ duæ natura sua in actionibus ut plurimum versantur; posteriores verò in mera veritatis contemplatione sistunt, per accidens tantùm in aliquod opus quandoque sese extendendo, indeque rectè Rationalis, seu Logica inter artes activas recensetur, Moralis, seu Ethica habitus Prudentiæ dicitur, Naturalis, seu Physica inter Scientias reputatur, Transnaturalis verò, seu Metaphysica Sapientiæ dignitate decoratur.

VII.


Circa primam Philosophiæ partem, quæ
Lo-



5
Logica nuncupatur, relictis fabulis de Prometheo, quod illam è cælo detulerit, & de Minerva hominibus assistente ad ritè fermocinandum, videtur satis probabile idem de ipsius origine dicere, ac de Rhetorica, quæ illi affinis est, quod nempe observatum fuerit aliquos efficacius loqui ad convincendum, & docendum, unde potuerunt notari ea, quæ meliora videbantur ad fermocinallis hujus artis præcepta efficienda, tam quoad doctrinam, quam quoad usum in qualibet sua parte Demonstrativa, Topica, & Sophistica.

VIII.

Non à Zenone itaque simpliciter, neque ab Aristotele fuit primò adinventata Logica, sed solùm ab illis, & ab aliis instaurata, & novis observationibus adaucta præcipuè quidem ab ipso Aristotele, cujus præcepta, & methodus, cæteris quibuscumque Dialecticis longè præferenda sunt. Licet enim aliq̃ Logicæ, sive veterum ex Zenone, Euclide, Socrate, Platone, & Epicuro, sive Recentiorum ex Raymundo Lullo, Petro Ramo, Carthesio, Bacono à Verulamio, Gassendo,
&




6
& aliis boni aliquid in se contineant, cunctis tamen longè melior, & omnium quasi medulla est Aristotelica quoad doctrinæ claritatem, rationum firmitatem, atque mentis optimam directionem.

IX.

Neque hanc Aristotelis Logicam veteres Patres Ecclesiæ damnasse putandi sunt, sed tantum sophismata, & fallacias ab Hæreticis usurpatis longè alio instituto, & fine, quam ab ipso Aristotele proponantur. Philosophus enim omnia proposuit ad tuendam veritatem, ipsamque à sophismatis vindicandam, illi autem iis abutebantur ad eam tenebris offundendam, & diruendam. Unde nota non est Aristotelicæ arti inurenda, sed malo artifici, ex cuius vitio potuit exosa videri disciplina, quæ in se ceteroquim ad omnes operationes intellectus ritè dirigendas utilissima erat.

X.


Sermonem itaque intus conditum, exteriùsque prolatum ita dirigit Logica, ut à vulgi



7
vulgi imperfecta loquutione dignoscantur Sapientis effata, dum rerum naturam, partes, proprietatesque exponit definiendo, dividendo, & ratiocinando; unde tres mentis operationes, ut directæ, benè pro objecto illius adæquato constituuntur, cum per se ab ipsa considerentur, tamquam proprium opus perfectum, de quo universa sua præcepta verificantur, & quia nulla scientia perfectè haberi nequit, nisi per discursum perfectum, ipsa Logica verè est aliarum omnium disciplinarum canon, sicuti Policletus hoc nomine vocavit volumen illud, à quo suæ artis lineamenta universa petebantur.

XI.


In omnibus rebus benè cogitare, ac proponere, optimè judicare, & concludere docet Logica per ordinatas ideas, seu rerum imagines, quæ prout à sensibus prodeunt sunt singulares, & prout à mente ex objectiva præcisione singularium universales fiunt. Has autem ut prædicabiles de pluribus, cum impossibile sit simul unitatem, & unitatis negationem, seu multipliciter possidere, idcirco nullam realem positivam, aut negativam,



10
genere sunt, quatenus in quale prædicatur, à gradu generico distinguitur. Non est autem talis distinctio, aut realis, aut formalis ex natura rei, sed solum per intellectum formaliter præscindentem gradus inferiores à superioribus, assignando per differentiam id, quo species excedit suum genus, ipsumque determinat, & simul cum illo, tamquam actus cum potentia, unum per se constituit. Non sunt autem duo prædicabilia diversa, duo gradus differentiales generici, & specificus, quia uterque semper habet eandem rationem partis perfectivæ, quod proportionaliter dicendum est quoque de Generis summo, & subalterno semper perfectibili, atque aliis prædicabilibus, prout subalternis, aut infimis.

XVI.

Species ex genere, & differentia componitur, ut rerum natura secundum suos gradus essentielles ordinatos exprimitur. Talis autem ordo in eo consistit, quod una pars alteram partem perficiat, tamquam actus potentiam suam, aliter unum per se specificum non resultaret, sed unum chymericum,
si



11
si unaquæque pars supponeretur habere perfectionem ad alteram partem non ordinatam, dum eidem per identificationem, communicaretur. In hoc fundatur celeberrimum illud axioma philosophicum, ea, quæ unum per se faciunt, se habent ut actus, & potentia; ac proinde patet impossibilitas chymicæ, quæ esset unum per se ex partibus absolutis invicem non ordinatis, dum identificarentur.

XVII.

Rerum naturam specificam bene per genus, & differentiam explicat definitio. Et quidem in rebus spiritualibus definiendis genus desumitur à tota rei entitate, secundum id, quod in ea est cum aliis commune, differentia verò ab eo, quod est speciale. In rebus materialibus genus denotans potentialitatem radicaliter sumitur à materia, quæ est prima potentia, & differentia actualitatem importans à forma substantiali, quæ primus est actus, vel à proprietatibus, quando forma principalis est latens. In accidentalibus vero genus desumitur à modo afficiendi subiectum, differentia vel ab ipso subiecto, vel ab accidentium effectu.

Proprium inter ea, quæ non prædicantur essentialiter, primum locum obtinet, quia maxime accedit ad essentiam, à qua fluit, & ad quam cognoscendam inducit. Dicitur autem de rebus pluribus modis, sed prout quartum prædicabile constituit, uni convenit, semper, & convertibiliter, & sic ab accidenti distinguitur, quod minimè pertinet ad essentiam, cui solum contingenter unitur, unde potest adesse, vel abesse à subjecto præter ipsius corruptionem, saltem Metaphysicam. Physicè enim ablatis quibusdam accidentibus plurima corrumpi est necesse.

XIX.

Collectio aliquorum accidentium, quæ simul omnia nulli alteri conveniant, non est ratio individui, ut hic supponere videtur Porphyrius: nam esse individuum, est esse indivisum à se, & divisum à quolibet alio per propriam essentiam, non per accidentia. Individuum autem vagum, quod ab aliquibus pro sexto prædicabili assignatur, tale non est, quia plura inferiora non habet, de quibus


bus possit æqualiter, & univocè prædicari; neque enim si aliquis currit, currit propterea & unus, & alter, cum tamen universale superius debeat æqualiter de sibi subjectis omnibus verificari.

XX.

Licet natura abstracta per præcisionem, objectivam ab individuo evadat universalis, quia nullum amplius ordinem specialem dicit ad illud, sed genericè solum prædicata essentialia totius speciei repræsentat; attamen ratio ipsa individualis nullo pacto universalis fieri potest, quia semper singularis, & incommunicabilis apparet, ac proinde nunquam de pluribus est prædicabilis, prout ad universalis essentiam requiritur.

XXI.

Nullum datur Ens rationis sive Logicum, sive Metaphysicum, quod habeat tantum esse objectivè in intellectu, quamvis ab intellectu fingente concipi possit chymera, & quodvis impossibile, & ipsæ Potentiæ sensitivæ decipi queant aliquando circa sua objecta, & voluntas amare ut bonum, quod in se realiter




14
liter tale non est; in his enim omnibus
objectorum perceptionibus, præter actionem
realem potentia, & realem expressionem
objecti subjective in ipsa potentia receptam,
nihil importatur, quod tantum objective
possit inesse.

XXII.

Illud ergo tantum Ens rationis verè nun-
cupari potest, quod extra animam nullum
habet esse, & cujus entitas omnino à ratio-
ne fingitur. Ex hac autem fictione, si per
cognitionem positivè falsam fiat, confurgit
triplex rationis ens metaphysicum, nempe
Negativum, Privativum, & Relativum.:
Si verò per cognitionem falsam solum præ-
cisiivè efformetur, quadruplex rationis ens
logicum exoritur, Unitas nempe rationis,
& Distinctio, rationis Compositio, & Relatio.

XXIII.

Antepredicamenta sunt universalia in-
significando, vel secundum eandem, vel
secundum diversam substantiam; à Philoso-
pho benè divisa in Univoca, Æquivoca,
Analogà, & Denominativa. Ad univocatio-
nem



15
nem constituendam duo requiruntur, & uni-
tas nominis, & perfecta similitudo in essen-
tia, seu ratione univocata; quod si adfit no-
minis unitas, & essentia dissimilitudo, con-
furgit æquivocatio. Possunt autem, quæ sub
uno nomine sunt æquivoca, sub alio univoca
fieri, & è contra ut astrum, & animal sub
canis nomine æquivoca, sub nomine sub-
stantia univoca evadunt.

XXIV.

Ubi autem cum nominis unitate adest quæ-
dam imperfecta similitudo in essentia par-
tim eadem, partim diversa, fit Analogia,
cujus usus frequentissimus est in omnibus
scientiis, eò quod ex illa oriatur in rebus
omnibus proportio, sive geometrica in ra-
tionum similitudine consistens, sive arithme-
tica eundem excessum, aut defectum inter
plura considerans. Denominativa verò di-
cuntur, quæ ab aliqua forma denomination-
nem accipiunt, intrinsecam quidem, quan-
do forma intrinsecè inest, & extrinsecam,
quando extrinsecè.

XXV.

Prædicamenta sunt series quædam supremi generis, omniumque inferiorum usque ad individua, & differunt à prædicabilibus, quatenus illa desumuntur in ordine ad existendum in pluribus, hæc verò in sola substantia. Communiter cum Aristotele prædicamenta dividuntur in decem, quorum tamen diversitas non desumitur quoad reales essentias, sed quoad modos diversos prædicandi de subjectis; unde una, & eadem res bene poni potest in diversis prædicamentis.

XXVI.

Ens per se subsistens est substantia, vel nulli alteri adveniens, vel enti incompleto adveniens ad illud complendum ratione alicujus compositionis per se, ad accidentis differentiam, quod in alio tamquam in subjecto per se jam completo existit. Aptè dividitur substantia in incorpoream, & corpoream, simplicem, & mixtam. Inde valde probabile est in ejus categoria posse poni Deum, sicuti est certum debere poni Angelos, Cælos, & cætera corpora naturalia, de quibus condi-
tio-

17
tiones ad categoriam substantiæ per Philosophum requisitæ verificantur.

XXVII.

Quantitas in partium pluralitate, & extensione consistens duplex est, alia virtutis, & alia molis, quæ ulterius subdividitur in continuam, cujus partes unico termino copulantur, & discretam, cujus partes separate sunt, fitque per numeros, in quorum singulis decadibus, incipiendo à prima simplici, & progrediendo ad alias omnes compositas, & unico caractere ultrò crescentes, hoc observatione dignum est, in tali vel amplissima serie decadis unicum tantum dari numerum perfectum: Unde argui potest in quolibet genere unicum pariter esse cæteris præstantius, & similiter in universali genere entium dari unicum Deum ens primum, & omnium perfectissimum.

XXVIII.

Qualitas accidentaliter determinativa substantiæ in quatuor species dividitur, nempe habitum, & dispositionem, potentiam, & im-

impotentiam, passionem, & passibilem qualitatem, formam, & figuram. Relatio autem cujus totum esse est ad aliud se habere, dividitur in relationem rationis secundum dici, & realem secundum esse, quæ ulterius subdividitur in transcendentalem, cujus ratio fundandi est fundamento essentialis, & prædicamentalem, cujus ratio fundandi est fundamento accidentalis. Relativorum autem speciales proprietates sunt, esse simul natura, & cognitione, atque ad convertentiam dici.

XXIX.

Actio, per quam agens operatur, definitur actus hujus in hoc, & passio patientis munus, actus hujus ab hoc; unde realiter inter se non differunt, nisi penes diversa connotata, & ritè Philosophus assimilat illas eidem viæ inter Thebas, & Athenas, acclivi quoad unum terminum, & declivi quoad alium. Locus est forma determinativa rei ad esse ibi, & non alibi. Situs dicit partium dispositionem. Tempus est rei mensura secundum durationem, & Habitus connotat adjacentia circa corpus.

XXX.

XXX.

Postprædicamenta à Philosopho in quinque species aptè dividuntur, nempe contrarietatem, prioritatem, simultaneitatem, motum, & modos habendi. Contrarietatis quatuor sunt species, vel enim oppositio est inter terminos positivos, & conflungunt contraria, ac relativa, vel est inter terminos, quorum unus negat simpliciter alium, aut solum alterius actualitatem, non possibilitatem tollit, & fiunt contradictoria, & privativa.

XXXI.

Priora, & posteriora illa dicuntur, quæ inter se sunt ordinata, sive natura, sive ratione, aut origine, vel tempore, eodemque modo aliqua simul esse dicuntur. Motus autem sunt sex species, nempe Generatio, Corruptio, Augumentatio, Diminutio, Alteratio, & Latio. Modi habendi sunt quinque, nempe per Inherentiam prout informationem dicit, per Continentiam, per Possessionem, per Relationem, & per Juxtapositionem.

XXXII.

Licet modus sciendi formaliter non sit idem, ac instrumentum sciendi; non repugnat tamen eundem actum esse utrumque respectu diverforum. Si modus sciendi sumatur in toto rigore, prout scientiam parit, sola demonstratio est modus sciendi; si vero in latiori significatione intelligatur, prout rem clarè manifestat, definitio, & divisio quoque modi sciendi naturam participant, numquam tamen enunciatio, & methodus, eò quod modus sciendi non debeat esse indifferens ad errandum.

XXXIII.

In sensibus non omnis, sed aliqua tantum sita est veritatis nota, quia objectum limitatum percipiunt. In ipsa autem cognitione rerum distincta, & evidenti veritatis criterium maximè consistit. Falsitas vero in apprehensione simpliciter simplici subesse nequit, secus autem in complexa, & in iudicio, atque discursu, cum proculdubio queat in his adesse ab objecto difformitas; sed Propositionio,


sitio, quæ semel fuit vera, neque de potentia Dei absoluta eadem invariata prout tempus importat, vel à tempore præscindit, potest mutari in falsam, quæque est de futuro contingenti in seipsa determinatè est vera, vel falsa, licet non quoad nos.

XXXIV.

Inter Propositiones habentes idem subiectum, ac prædicatum datur triplex æquipollentia, & pariter triplex conversio; oppositio verò quadruplex assignatur. Æquipollentia fit ad illustrandam alicujus subobscuræ propositionis veritatem per negationem additam, vel detractam signo in absolutis, vel modo in modalibus. Conversio species quædam syllogisticæ illationis extrema semper, & quantitatem aliquando commutat eandem qualitatem servando. Oppositio verò repugnantiam indicat, quæ vel secundum qualitatem, vel quantitatem intercedit.

XXXV.


Syllogismus totius Logicæ objectum attributionis essentialiter importat plures cognitio-



22
tiones, quarum una necessario sequitur ex alia. Tunc dicitur rectus, & perfectus, quando est in bona figura, quæ solum triplex est secundum variam, & utilem medii dispositionem; quarta enim Galeni figura non differt essentialiter à prima Aristotelis, quia vim suam habet ab iisdem principiis, & naturaliter in mente non dantur tres primi modi indirecti primæ figuræ Aristotelis, conaturalis enim non est illorum conclusio.

XXXVI.

Actus conclusionis intrinsecè attingit obiectum præmissarum, quia causatur ab illis non solum in genere causæ efficientis, sed etiam formalis, unde ab iisdem dependet ratione formali ex qua, & in qua. Hinc præmissæ natura sua conclusionem præcedunt, & licet eadem possint esse certiores, & evidenciores, numquam tamen sunt veriores, cum veritas in indivisibili consistat. Ad assensum autem conclusionis non requiritur cognitio reflexa de bonitate illationis, quia supposito assensu præmissarum, intellectus necessitatur ad assensum conclusionis tamquam causa applicata ad agendum cum
omni-



23
omnibus prærequisitis, & non indiga voluntatis imperio, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium, circa quod tamen non repugnat voluntatis imperium sequi.

XXXVII.

Demonstratio syllogismus faciens scire ad sui perfectionem quatuor præcipuè conditiones exigit, nempe quod ex primis, & intermediis, ex necessario veris, ex prioribus, & notioribus conclusionem, & quod ex illis necessario sequatur conclusio. Duplex autem est demonstrationis genus, aliud à priori dictum, quod effectum per causam, & aliud à posteriori, quod causam per effectum, vel aliquid aliud cum ipsa connexum demonstrat.

XXXVIII.

Ex hoc duplici genere demonstrationis duplex oritur methodus rem dignoscendi, nempe Analytica, quæ dicitur inventionis ordo resolutorius ex effectu ad causas, & ex toto ad partes, & Syntetica, quæ ordo doctrinæ nuncupatur, & modus compositivus
ex

24
ex causa ad effectum, & ex partibus ad totum progreditur. Hinc superflua videtur tertia methodus, seu species demonstrationis ab Averroë assignata ad simul cognoscendam causam, & effectum vicissim quoad existentiam, cum à prædictis diversa non sit, sed ambarum argumentosa congeries.

XXXIX.

Effectus demonstrationis est scientia natura sua semper speculativa, eò quod finis ipse non sit opus aliquod, sed veritatis cognitio, quam quidem veritatem fuisse olim intellectui notam in priori mundo intelligibili, est merum veterum Platoniorum somnium, cum intellectus ad intelligibilia, tamquam tabula rasa, & veluti oculus ad visibilia, applicetur; unde specierum, non reminiscantiam, sed impressionem de novo recipit, & Scientia totalis non per simplicem qualitatem infunditur, sed per habitum ex pluribus actibus compositum acquiritur.

XL.

XL.

25


Ab opinione per certitudinem, & à fide per evidentiam contradistinguitur scientia. Non implicat tamen, quod naturaliter hæc tria simul queant de eodem objecto, in eodem intellectu consistere, quia licet motiva diversa proponant, ad unicum tamen assensum, vel dissensum inducunt, unde formaliter inter se oppositionem non habent eorum habitus, & actus, sed potius compositibilitatem, quemadmodum plura media dispersata ad eundem finem ritè cooperantur, & ad eandem operationem plura motiva diversa efficacissimè concurrunt.

XLI.

Datur itaque scientia demonstrativa, quam malè negabant Academici cum Heraclito, Cratylo, Pirro, & aliis putantibus quod ens omne in suo conceptu motum involvens nullam certam, & invariabilem ideam posset præbere, prout ad objectum scientiæ certum, & invariabile requiritur; nam licet mutantur singularia in existendo, non tamen variantur universalia in essendo, de quibus

D

pro-




26
propriè est scientia, & licet verum sit contra Dogmaticos, non de omnibus haberi posse demonstrationem, inde tamen non fit perfectæ scientiæ acquisitio impossibilis, ut Sceptici timebant; nam in demonstrando non procedunt in infinitum scientiæ, sed perveniunt ad sua principia indemonstrabilia, ex quibus postea certissimæ conclusiones eliciuntur.

XLII.

Ad exactam autem veritatis inquisitionem, perfectamque adeptionem scientiæ, sicuti in principio oportet credere, ita prædubitare valde est conveniens; ut enim monet Philosophus, quærentes veritatem, & scientiam sine dubitatione, sunt similes iis, qui in itinere ignorantes non explorant viam, per quam oportet ire, & sicuti in judiciis, melius aliquis judicat, quando cognoscit rationes utriusque partis adversantium: ita prædubitando in scientiis, rationes examinamus meliores, ex quibus latentem veritatem dignoscimus, indeque homines ex admiratione primum philosophati dicuntur, quatenus dubitando rerum omnium causas, & effectus investigare ceperunt.

EX



27
EX MORALI.

XLIII.




OST methodum inquirendi verum ritè sequitur ad cognoscendum bonum moralis disciplina, vitæ ars circa eligenda, & fugienda ex honestate, & iustitia, ut inde vitam moraliter beatam homines consequantur. Hanc autem disciplinam exordium cum humano genere habuisse, & in actionibus floruisse apud primos Patres, & Prophetas Hebræos, aliosque extraneos Sapientes est fatendum, tum ex sacra, tum ex prophana historia. Unde à Socrate solum habuit initium moralis, quatenus scriptis, & quæstionibus omnia plenius ad ipsam spectantia fuerunt exposita.

XLIV.

Incipit itaque Moralis à natura, quatenus primos ad Virtutem stimulos ipsa præbet ex synderesi, seu lege mentis, qua principia

D 2 gene-



28
generalia morum hominibus innotescunt ,
ut , quod tibi non vis , alteri ne feceris . Sed
quia talis lex malis moribus , depravatisque
opinionibus ferè aboletur , & extinguitur ,
ut præceptis , & monitis possit error emen-
dari , præter naturalem , alia acquisita , quæ pro
objecto , & sine suo intendit actiones huma-
nas ad iustitiam , & honestatem dirigere ,
hominibus ad vitam benè instituendam ma-
ximè est necessaria .

XLV.

Hinc benè concluditur juvenem non esse
arcendum à Morali , sed cura præcipua ejus-
dem præceptis instituendum , & quod vir-
tuti militare debeat omnis ætas , & quod illa
ætas magis debeat virtutibus informari , quæ
solet magis vitiorum stimulis concitari , non
enim defectus est in tempore , sed in eo ,
quod animi perturbationibus indulgeat .
Unde secundum Philosophum juvenis non
est idoneus auditor Moralis , quoad eam par-
tem solum Politicæ , quæ multa indiget ex-
perientia , quàm nondum habet juvenis actio-
num vitæ imperitus .

XLVI.




29
XLVI.

Ex triplici bono , quod possunt homines
procurare , vel sibi , vel Familia , vel Com-
munitati , ac triplici officio , quo tenentur ,
vel erga seipsos , vel Domesticos , vel Pa-
triam ; Item ex triplici imperio , & regimi-
ne , vel statu , in quo possunt vitam degere ,
vel solitariè , vel in Familia , vel in Curia ,
seu Republica , oritur adæquata divisio Mo-
ralis in Monasticam , seu Personalem , Oeco-
nomicam , & Politicam , quarum prima cæ-
teris præferenda quoad bonum intrinsecum ,
tertia vero aliis nobilior est quoad bona ex-
trinseca , in quibus publica privatis antefe-
renda bonis .

XLVII.

Est autem Bonum id , quod omnia appe-
tunt , quatenus cuncta in id , quod sibi con-
veniens est , feruntur : unde boni ratio for-
malis , & essentia est esse perfectivum , & ap-
petibile , & quia hoc tribus modis contingit ,
oritur inde celebris illa divisio boni in utile ,
jucundum , & honestum : Si enim propter
aliud appetitur , est bonum utile , si propter
se ,




30
se, & prout conforme naturæ, vel appetitui sensitivo, est bonum jucundum, si verò prout conforme appetitui rationali, est bonum honestum, quæ tamen munera sejuncta esse non semper oportet, cum non raro in uno, eodemque bono simul unita reperiuntur.

XLVIII.

Secundùm naturam ad virtutes magis, quàm ad vitia homo proclivis est, quia natura, ut parens optima, cuncta in finem congruentem dirigit, quod munus circa hominem neglexisse non est dicendum, cum præcipuè juxta cordatiores Platonicos ita disposuerit animum ad virtutes, sicuti intellectum ad scientias, unde omnis homo natura duce, & scire, & probus videri cupit, & vitium naturali synderesi semper in odio est, virtus autem amabilis.

XLIX.

Morum humanorum finem ultimum esse felicitatem, quæ hominem undequaque beatum efficit, nemo dubitat, sed malè opinatur




31
tur quicumque censet illam in statu presentis vite perfectè se posse possidere, vel quia temporalia bona cuncta simul cum bonis animi, & corporis obtinere, sit ferè impossibile: vel quia etiamsi omnia affluent, optata adhuc stabilitate, & diuturnitate carent, abundant verò innumeris sollicitudinibus non absque metu, ut optimè monuerat Cræsum Solonis effatum, & egregiè indicavit Damocli Dionysius ex convivio, atque sæpè sapius experientia ipsa lachrymabili eventu comprobavit.

L.

Non proinde tamen cum Stoicis naturæ, fortunæque munera absolutè despicienda sunt, sed tamquam bona retinenda, iisdemque utendum, quatenus ad summum bonum, à quo proveniunt, conducunt. Enimvero cum non sit homo sola mens, aut corpus absque mente, sed mens cum corpore juncta, ipsi non competunt solum bona spiritualia, sed etiam corporea, maximè prout sunt instrumenta virtutum. Quod si è contra virtutibus obnoxia fiant, non Cræti exemplum, neque Diogenis vestigia sequenda sunt, sed à

Chri-




32
Christianæ Religionis præclarissimis heroibus melius exemplar desumendum.

L I.

Sola autem virtus licet pretium sibi, ipsaque virtutis operatio rebus omnibus temporalibus præstantissima sit, hæc tamen non summa hominis felicitas reputari debent, ut veteres Peripatetici assererent, adhuc enim mens nostra præmium ritè quærendo, per solam virtutem felicitatem plenam se nondum possidere, fatetur, ac proinde res nulla creata propter defectibilitatem aliquam sibi propriam satis unquam replere in bonis humanum valet desiderium.

L II.

Vera itaque hominis felicitas in sola Dei possessione consistit, quæ statum omnium bonorum aggregatione perfectum constituendo, appetitum omnem penitus implet, & satiat; Rationalis enim vero creaturæ ultimum finem oportebat esse solam conjunctionem ad suum primum principium, ut inde omnis prosecutionis motus irrequietus quie-



33
quiesceret. Talis autem beatitudo, & plena felicitas formaliter, & adquatè ex visione, & amore completur, sic enim ut summum bonum, & summum verum Deus perfectè possidetur, dum unitur per cognitionem. Beato Deo, & per amorem Deo Beatus adhæret.

L III.

Miseria malum, quod fugiunt omnia tamquam odibile, & disconueniens, prædictæ felicitati prout opponitur, non in adversa fortuna, consimilique calamitatè consistit, quia si equo animo ferantur adversa, heroicum animum, non miserum denotant, sed ex privatione summi boni exoritur miseria summa, & infelicitas: unde causa mali per se non est entis effectio, sed defectio, quam deinde positiva damna innumera comitantur juxta feritatem vitiorum, quibus improba mens virtute neglecta, sibi que infensa vacavit.

L IV.

Promeretur autem homo beatitudinem moralibus operationibus, quæ non ex quocum-

cumque motu absque imperio, & electione, cum ignorantia, & cæcitate, seu quiete mentis impiè nuncupata in effrenem morum licentiam excurrente proveniunt; sed ex prævia mentis illuminatione, qua mens ipsa cernit ritè agenda, eaque decernit cum voluntatis imperio, & libera electione, bonum morale prosequendo, & à malo morali fugiendo, ita enim morum honestas, & congruentia cum optimo fine salvatur.

L V.

Hoc voluntatis imperium directè, & politicè exercetur in ordine ad intellectum, sensus internos, & appetitum sensitivum, quia hæ potentie non rarò in obsequium voluntatis captivantur, ejusque arbitrio subduntur, licet aliquando reluctentur, prout à propriis objectis efficacius moventur. Sibi autem voluntas, & virtuti partium corporis motrici, ita dispoticè imperat, ut vix à servitio discernatur imperium, eò quod nulla ratio in contrarium tale jus perturbet, aliis verò potentiis vegetativis indirectè solum potest imperare, quia ejus arbitrio immediatè non subduntur, sed tantum remotè ipsa

ipsa valeat earum operationes adjuvare, vel impedire, auxilia præbendo, vel subtrahendo.

L VI.

Motus præterea in ipsa voluntate fieri potest ab appetitu sensitivo, quando mediante passione in ipsam agit, non quidem directè, quia sic incorpoream potentiam, corporeum quod est, nequit afficere, sed solum indirectè, & distractivè ex vehementi impressione, & impressione objecti sub aliqua determinata, & efficaci ratione, quæ tamen nunquam ex quavis efficacia habet voluntatem necessitare ad opus, eò quod semper ipsa sit compos insultibus passionum resistendi, & licet acriter sæpe impugnetur, nunquam, nisi voluntariè, & liberè consentiat expugnatur.

L VII.

Voluntarium ergo proprietas est moralis operationis, quatenus ab intrinseco cum finis cognitione procedit, quod hominis præcipue inter animalia proprium est, unde si finis cognitio, vel motus ab intrinseco tollatur, & ratio voluntarii deficit, indeque

36
benè infertur, quod violentia, quæ est ab extrinseco, & ignorantia invincibiliter privans cognitione, voluntarium tollunt, metus autem minuit, quia finis motiva non aufert, sed solum suspendit, concupiscentia verò, & delectatio potius adaugent, eò quod majori cum inclinatione in finem ferantur.

LVIII.

Altera moralis operationis proprietas est libertas, cujus usus, ut fides docet, & ratio demonstrat, etiam post Adæ peccatum in statu naturæ corruptæ homini competit, eò quod verè sit indifferens ex pluribus motibus diversis propositis ad opus morale faciendum, vel non faciendum, atque adeo talis libertas non solum à coactione immunis est, sed etiam indifferentia pollet actui voluntario superaddendo electionem, per quam, non brutali more ex solo naturæ ductu, sed propria dispositione, atque determinatione fit operatio capax meriti, vel demeriti, prout cum regula sua conformitatem, vel difformitatem habet.

LIX.

LIX.

37

Est autem Regula rerum agendarum rectus ordo juxta legem, vel primam, & æternam à Deo provenientem, vel participatam, quæ à prima dependet, & dividitur hæc generaliter in Jus naturale, quod natura docuit omnia animalia, & Jus gentium, quod solis hominibus competit, specialiter verò prout moralitatis norma partitur in legem positivam Divinam, quæ vetus, ac novum Testamentum comprehendit, & legem positivam humanam continentem Jus canonicum, quod ab ecclesiastica, & Jus civile, quod à sæculari potestate sancitur.

LX.

Cujuslibet legis effectus est dirigere, bonum præcipiendo, & malum prohibendo. Quæ præcipiendo affirmativa est, obligat solum, quando oportet, quæ verò prohibendo negativa dicitur, semper instat, & pro omni tempore urget. Utraque autem ut valeat obligare, debet esse de possibilibus, & sufficienter promulgata, quia ad incognitum, & ad impossibile nemo tenetur, non proinde

ta-

tamen dari queunt actiones humanæ in individuo indifferentes, eò quod illis, ut sic rectus rationis ordo semper competat, & illarum quamlibet in Deum referre oporteat, cum tanta ritè sit universalitas ultimi finis in reposcendo, quanta fuit universalitas primi principii in largiendo.

LXI.

Rectitudinis præterea forma inducitur in humanis operationibus à virtute morali, quæ bonum facit habentem ipsam, ejusdemque opus perfectum reddit; unde ipsa tamquam principio, numquam malè uti contingit, & licet possit esse in summo, vel interminata quoad objectum, limitatur tamen quoad officium, seu exercitium actus vitando excessum, aut defectum, cum sit opus mediocritatem virtutis, non extrema vitiorum participare, sed ab illis penitus excludi.


LXII.

Virtutum moralium proprietates triplices sunt, Status, Connexio, & Inæqualitas. Per statum dignoscitur virtutis mensura, prout
ma-

magis, minusve animum, cui inest, afficit, estque talis mensura, seu status triplex, nempe status continentia, qui dicitur incipientium, temperantia, qui proficientium nuncupatur, & heroicus, quo nonnisi vir perfectus, & in virtute consumatus fruitur. Statibus virtutum adversantur tres alii vitiorum status, nempe incontinentia, cujus defectus est ab infirmitate, & perturbatione passionum, intemperantia, cujus error à malitia provenit, & feritatis, cujus vitium ultra hominis conditionem in bellinum morem degenerat, diciturque status cæcitatatis, indurationis, & Pharaonicus.

LXIII.

Connexio virtutum in earum mutuo consensu consistit, quatenus in uno, eodemque subjecto simul omnes uniuntur, quod quidem perfectè fieri, vel executione, vel intentione, nonnisi in heroico statu contingit, in quo nulla est amplius in officio, & munere virtutum difficultas. Inæqualitas verò consideratur in virtutibus, prout majorem, vel minorem perfectionem participant, tum quoad eandem, tum quoad diversam speciem




40
ciem actus, cujus moralis rectitudo semper
capax est suscipiendi magis, & minus.

LXIV.

Virtutes autem morales omnes tamquam
à fontibus oriuntur à Cardinalibus, quibus
tota moralis vita nititur, & volvitur tam-
quam ostium in cardinibus. Dirigit enim
Prudentia rationem, Justitia voluntatem,
Temperantia, & Fortitudo utrumque appe-
titum, cujus operationes virtutis naturam
solum participant, quando recte rationi con-
formantur, unde bruta, latrones, duellistæ,
& sicarii, licet fortia exercent, fortitudi-
nis virtute nullatenus adornantur.

LXV.

Omnium virtutum norma est Prudentia,
agibulum recta ratio, quæ, sine proposito
virtutis, media ad illum assequendum idonea
per consultationem inquirat, per judicium
determinat, per intimationem executioni
mandat, unde oritur divisio partium poten-
tialium in Eubouliam, Synefism, & Gnome;
itemque aliarum partium integralium, &



41
& subjectivarum ad illius perfectionem,
& complementum spectantium; priores
enim quinque integrales, nempe Intelligen-
tia, Memoria, Docilitas, Solertia, & Ratio,
pertinent ad ipsam prudentiam, prout est
cognoscitiva, & tres posteriores, quæ sunt
Providentia, Circumspectio, & Cautio ad
eamdem spectant, prout præceptiva est, par-
tes verò subjectivæ eadem sunt, ac totius
Moralis.

LXVI.

Justitia bonorum præsidium, & malorum
domitrix voluntatem constanter inclinat ad
unicuique tribuendum, quod suum est, ha-
betque, quibus constituitur, & perficitur,
partes potentiales decem, & sunt Religio,
Pietas, Observantia, Veracitas, Vindicatio,
Gratitudo, Liberalitas, Affabilitas, & Ami-
citia, integrales autem duas, nempe decli-
nare à malo, & facere bonum: quoad subje-
ctivas verò dividitur in commutativam,
distributivam, & legalem, solaque inter vir-
tutes Justitia non reputatur inter duo vitia,
eò quod nemo contra Justitiam alterius Jus
violando per excessum peccare queat, sed
solum



42
solum per defectum, excepta parte Justitiæ vindicativæ.

LXVII.

Fortitudo Heroum propria dos, ac decus præcipuum, est considerata periculorum susceptio, laborumque perpessio. Partes subjectivas non habet, quia ipsa est species atoma, easdem verò partes possidet, & potentiales, ut circa lævia, & integrantes, ut circa gravia versatur, & sunt Magnanimitas, Magnificentia, Patientia, & Perseverantia; Præter has autem partes illi duo actus præcipui assignantur, aggredi, & sustinere, quorum primus licet sit valde admirabilis, secundus tamen præstantior est, eò quod in illo virtutis opera diuturnior, & intensior adhibeatur, & contra Stoicos seipsum directè interficere ex motivo fortitudinis nunquam licitum est, quia seipsum occidens verè hominem occidit, cujus vita solum in potestate ejus est, qui vivere facit.

LXVIII.

Temperantia aliarum virtutum servatrix,
se




43
se moderatè gerit in usu delectabilem, habetque partes plurimas potentiales, subjectivas, & integrales, quibus moderantur tum interni animi, tum externi corporis motus, ne per excessum, aut defectum, quæ sunt ad naturæ conservationem ordinata negligantur, sed iis probè utamur. Sunt autem partes subjectivæ Temperantiæ quatuor, nempe Abstinencia, Sobrietas, Castitas, & Pudicitia, integrales duæ, Honestas, & Verecundia; Potentiales verò septem, nempe Continentia, Humilitas, Mansuetudo, Studiositas, Modestia, Eutrapelia, & Parcitas.

LXIX.

Virtutis, aut vitii formam, prout benè, vel malè secundum mores diriguntur, passionibus induunt; sunt enim passionibus appetitus inferioris commotiones quædam cum aliqua corporis transmutatione, prout bonum, aut malum representatur, unde quæ simpliciter, nec ordinatæ, nec deordinatæ sunt, neque moraliter bonæ, neque malæ fiunt, licet aliquando videantur laudabiles, & non incongruè semivirtutes dicantur, ut in pueris nondum ratione utentibus, & ipsis

F 2 bru





44
brutis assuetudine aliqua industriè exer-
citis.


LXX.

Primum movens, & passionum omnium princeps est amor in objectum amatum tendens ex appretiatione bonitatis, quæ, si propter seipsam diligitur, amorem amicitiaë, si prout bona amanti, amorem concupiscentiaë constituit. Inter improbos dari nequit vera amicitia, quæ solius virtutis usus, & fructus esse potest, aptèque dicitur à Platoniciis virtutum omnium vinculum, spiritus, & perfectio; indèque fiunt boni, vel mali mores, prout sunt boni, vel mali amores.

LXXI.

In amicitia etiam perfecta non est necessaria æqualitas rationum bonitatis, sed sufficit studium similitudinis, quo rectè compositus amor, unicum virtutis bonum proponit amantibus, & celebre illud problema, an amare, vel amari sit præstantius, bene resolvitur ex duplici fonte, unde oritur amor, nempe copia, vel inopia, illud enim, cui copia

inest,



45
inest, præstantius est, & hæc quandoque reperitur in uno, quandoque in altero, & adest aliquando copia in utroque æqualis.

LXXII.

Prout bonum in variis circumstantiis proponitur, variaë quoque oriuntur passiones, tam in parte concupiscibili, quam irascibili; vel enim concupiscibilis movetur simpliciter à suo objecto, quod est bonum, & oritur amor, vel est malum, & odium confurgit: Si verò illud ulterius consideretur ut præfens, circa bonum fit gaudium, & circa malum tristitia; at è contra si tanquam absens objectum proponatur, & bonum existat, desiderium movet, si malum, fugam. Pars item irascibilis objectum suum sub ratione boni ardui propositum, vel apprehendit esse possibile illud obtinere, & exurgit spes, vel esse impossibile, & desperatio urget. Si denique malum arduum proponatur ut absens, sed superabile, excitatur audacia, ut insuperabile, timor serpit, ut præfens, ira confurgit.

LXXIII.

Oeconomica in re privata regenda, & administranda versatur, æquitatem, & decorum servans in societibus Gamica, Paterna, & Herili, ut benè morata familia constituatur. Oeconomica subordinata est Kretica, cujus est bona propria augere, & conservare, prout jure potest secundum culturam gentium optimas leges, inconveniens enim foret bonorum communio, & æqualitas, optima fortasè inter amicos, non inter concives, quorum inæqualitate civilis harmonia componitur.

LXXIV.

Politica in Republica constituenda, & benè administranda consistens longè plus praxi, quàm studio comparatur. Dividitur autem in Civilem, & Togatam. Prima societatem inter homines inducit, ut justitiam colant, scientias addiscant, & commercia incant, unde civitates ortæ, & aliæ collectiones hominum sub aliqua lege honestè, & justè viventium propter commune bonum, et publicam securitatem. Talis civium collectio

non

non est homogenea, alii enim sunt ⁴⁷ Principes, alii Nobiles, & alii Populares.

LXXV.

Principes legum tutores, & rerum omnium publicarum arbitri, ac moderatores, civium felicitatem promovent imperio suo, quando optimi, infelicitatem, è contra inducunt, quando mali; proinde præstat cives regi à bono Principe, quam bonas leges habere, quamvis enim subditi leges observare teneantur, & non Principis exemplum sequi, nihilominus experientia teste magis exempla, quam sola verba movent, & Regis ad exemplum totus componitur orbis.

LXXVI.

Nobiles dicuntur, qui supra reliquos populares cives excellunt, & quia excellentia spectatur præcipuè ratione alicujus perfectionis, & virtutis, ideo prima, & radicalis nobilitas in virtute consistit, deinde in claritate majorum, & divitiarum splendore. Nobilis tamen nemo censetur, nisi talis à Principe declaretur, cujus est propriam,

&



48
 & hæreditariam familiæ virtutem auctoritate sua commendare, & privilegiis, atque titulis adornare, unde fit nobilitas civilis ad instar præmii virtutum publicarum, sive pacis, sive belli.

LXXVII.

Juxta hanc triplicem civium divisionem oritur etiam partitio Togatæ Politicæ ratione regiminis in Monarchicum, Aristocraticum, & Democraticum, quorum primum ceteris, sive simplicibus, sive mixtis præstantius est, eò quod melius, & citius Reipublicæ consulat, ejusque bonum privatum à publico non differat. An autem electivus Princeps hæreditario sit præferendus, problematicè sustineri valet, eò quod utrinque multa commoda, & incommoda aliqua suboriantur, indeque æquali ferè discrimine sumitur Princeps, ac quæritur.

LXXVIII.

Polemica Politicæ pars propter bonum publicum, & pacem tutò acquirendam, bellum instituit, et duellum. Ex justa solum causa



49
 causa bellum geri debet, & postquam adversario congruè satisfacere renuente intimatum est, licet in ipso omnia facere, quæ ad finem belli sunt necessaria, ut destruere ædificia, occidere hostes &c. directè autem non licet lædere innocentes, neque loca sacra oppugnare, nisi illis hostes utantur ad repugnandum, neque aliter possint evinci.

LXXIX.

In bello contra hostes nullatenus licet uti stratagemmatis, aut insidiis humana prudentia inevitabilibus, ut esset venenosa aquarum infectio. Infidelibus absque dolo à promissis, & data fide recedentibus fidem servare adhuc virtuti consentaneum, & heroicum est, cum magis solliciti esse debeamus de non inferenda, quam de non recipienda injuria. Duellum autem privata auctoritate initum semper tamquam illicitum, & infame reprobamus, eò quod sit medium inconveniens, & omninò inutile, vel ad vindictam fumendam, vel ad crimen purgandum, reparandamque innocentiam, ideoque prohibitum ab omnibus legibus, Divina, Naturali, Canonica, & Civili.

G

Ad



Ad optimam præterea totius Politia constitutionem, & conservationem Religio aliqua est necessaria, quæ tam subditos, quam Principem in officio suo contineat, unde penitus barbaræ sunt nationes Religione carentes. Multum autem interest immo necessarium est Religionem veram colere, quia diu consistere nequit Respublica, quæ verum Deum Protectorem non habet, qui solus homines valet ab omnibus malis eripere, & plenam felicitatem largiri retribuentibus illi, quod ei debent per Fidem, Spem, & Charitatem aureo hoc ordine in unica Religione Catholica Romana apprime servato, ut virtutes naturales inserviant Civilibus, & Moralibus, hæ autem omnes subordinentur Divinis, seu Theologicis, quarum certa merces est ad æternam gloriam futuræ vitæ deducere.

EX OCTO LIBRIS
PHYSICORUM.

LXXXI.



CIENTIA naturalium rerum omnium contemplatrix est Physica, cujus origo specialiter ad Taletem Milefium referri solet, eò quod primus cabala, enigmata, & fabulis relictis, sub quibus, ne omnibus esset obvia, tegebatur, uberius, ac apertius quam ceteri antea naturales causas, & effectus propriis, usitatisque vocabulis explanaverit, ipsumque imitati auditores ejus primi omnium physici nuncupati sunt.

LXXXII.

Supposita rerum naturalium compositione, quam dari evidentissimè constat ratione, & experientia, principia intrinseca primò componentia duo indispensabiliter statuere oportet, nec ab illis ulla unquam sententia

52
recessit, aut philosophando recedere poterit, nempe partem potentialem, seu indeterminatam, & partem actualem, seu determinativam, unde dicuntur partes, aut principia contraria, neque ab aliis, neque ab alterutris intrinsecè principia, sed ex quibus omnia fiunt, licet postea in iis partibus, seu principiis, & determinandis, & explicandis variæ sectæ, & opiniones ortæ sint.

LXXXIII.

Malè autem pro parte, seu principio primo potenciali statuerunt aliqui veteres cum Parmenide, & Melisso infinitam corpus uniforme, ex quo omnia finita prodirent per primarum qualitatum mixtionem, seu combinationem variam determinatam, inde enim nulla resultaret inter corpora diversitas substantialis, solaque fieret alteratio, non totius in totum mutatio. Nec minus errarunt alii cum Democrito, & Epicuro varia corpuscula infinita, seu atomos diversimodè figuratas, & infecabiles admittentes, ex quibus addita varietate motus, atque singulari partium dispositione diversæ corporum naturæ determinarentur, sic enim omnia essent unum,


53
unum, & variato motu, partiumque dispositione, compositum fieret aliud, quod esse falsum, vel cerceum experimentum demonstrat.

LXXXIV.

Finita esse principia, qui asserbant ponentes pro parte potenciali cum Pherecidè terram, cum Thalete aquam, cum Anaximene aerem, cum Heraclito ignem, partem potestè actuantem per variam rarefactionem, & condensationem explicando, aut nullam posuisse, aut substantialem compositionem præterisse videntur: sicuti etiam qui omnia cum Empedocle ex quatuor elementis simul fieri dicebant, non omnium corporum naturam, sed solam mixtionem subiunarium contemplati sunt.

LXXXV.

Quinarius numerus principiorum Sinensium Philosophorum, qui ab elementis detractò aere ipsius regione habitati inani, residuis aquæ, igni, terra addunt lignum, & metallum, artificialia composita potius, quam nati-



54
naturalia exponit : eodemque modo se habet
Chymicorum opinio de quinque substantiis,
Salis, Sulphuris, Mercurii, Terræ, & Aquæ,
composita enim sunt jam ex aliis hujusmo-
di corpora non principia componentia.

LXXXVI.

Chartesii sententia circa rerum princi-
pia de quantitate immensa ex motu divini-
tus impresso tripartita in globosam, striam,
& subtilem substantiam: Item Roberti
Eluud de tenebris, & luce, triplici statu,
& quintuplici natura, ac mixtione creatu-
ram cum Creatore, aliorumque recentiorum
placita, quæ ad sola principia mechanica
causas omnes, & effectus reducunt, malè
concordant cum veritatibus Catholicæ Fidei,
& quod explicare clariùs contendunt, inani-
bus, & sophisticis inventis revera confun-
dunt.

LXXXVII.

Omnibus itaque melior sententia est Ari-
stotelica, quæ in rerum principiis decernen-
dis partem potentialem, & indeterminatam,
per

55
per subjectum primum, in se nulla formali
actualitate præditum, explicat, ipsumque,
ut commune genito, & corrupto, aptum
esse ad inesse in quolibet corpore naturali
satis ostendit, dum dicit esse, neque quid,
neque quantum, neque quale, neque aliquid
eorum, per quæ ens determinatur, sed ma-
teriam, ex qua omnia.

LXXXVIII.

Partem verò actualem, & determinati-
vam optimè quoque exponit Philosophus
per formam substantialem simplicem sim-
plicitate opposita compositioni ex principiis
transmutationis, quæ rudi, & informi ma-
teriæ, in qua recipitur, tribuens decorem,
& complementum, simul cum illa corpora
naturalia constituit, & horum dicitur quid-
ditas, ratio, pulchritudo, caracter, & ter-
minus, prout varias habet dotes, diversaque
munera.

LXXXIX.

In duabus hisce partibus primis simul po-
nendis totum consistit naturæ opificium,
dum

dum naturalia efformat corpora, quorum ratio specialis essendi est à prædicta forma substantiali, ex qua sola tota diversitas unius ab alio resultat, & ab illius mutatione totius mutatio provenit; indeque dicitur subiectum fieri aliud, quatenus aliud totum per se de novo gignitur, ad accidentalis mutationis, seu simplicis alterationis differentiam, in qua, eodem corpore naturali specificè permanente, aliquæ solum affectiones in ipso, vel circa ipsum variantur.

X C.

Perperam itaque recentiores aliqui à doctrina Peripatetica circa rerum principia recedentes, nullam in rebus mutationem admittunt, nisi penès motum localem, & partium transpositionem, materiam primam, & formas substantiales, atque accidentales negando, quia de quibuscumque aliis principii rerum de novo adinventis, & admissis, atque mutationibus explicatis, debent verificari semper ea omnia, quæ Philosophus tradit de sua materia, & suis formis, & per consequens, vel nulla poterunt aptè principia assignari, vel sola Aristotelis,
alia,

alia, aut nomine tantum differunt, aut re primorum principiorum munere non funguntur.

X C I.


Corpus autem naturale, in facto esse si consideretur, duo tantum habet principia intrinseca, nempe dictam materiam, & formam, ex quibus primò componitur, & in quas ultimo resolvitur, iisdemque permanentibus in suo statu essentiali perseverat: privato verò præsupponitur, non intrinsecè componit, & cum in fieri formaliter importetur ipsa productio corporis naturalis, in recto dicit solam actionem, qua forma ponitur in materia, unde tria principia à multis Peripateticis assignata revera talia non sunt, sed solum connotata, & requisita.

X C I I.

Datur ergo in rerum natura materia prima, quæ corporis naturalis, pars quidem, substantialis est, sed in nulla specie entis completa, & determinata, exigens tamen compleri, & determinari ab actu, seu forma

H

sub-



58
substantiali, indeque dicitur subjectum primum uniuscujusque mutationis, eò quod nature, quæ ex nihilo nihil facere valet, in rebus gignendis deserviat tamquam subjectum versatile, ingenerabile, & incorruptibile, atque in ordine excludendi nullum habens contrarium.

XCIII.

Quamvis autem materia hæc per se ordinetur ad formas substantiales, tamen realiter existit per propriam existentiam, cum independenter ab illis extra suam causam ponatur: unde licet non naturaliter, potest nihilominus supernaturaliter omni formæ substantiali spoliari, & adhuc existere per suam entitatem à nihilo contradistinctam, & in esse priori ad formam in actu entitativo, non formali jam constitutam, & sic adhuc puræ potentiæ subjectivæ titulo, & sic gaudet, aliter neque esset ens positivum, neque primum principium intrinsecum.

XCIV.

Non est igitur potentia materiæ mera non repu-

59
repugnantia, vel pura relatio ad formas, quia neutra faceret cum illis unum per se, sed est verum subjectum positivum in ordine ad easdem recipiendas juxta suam exigentiam, & capacitatem, seu appetitum non-elicatum, & activum, sed innatum, & passivum in propria entitate præcisè fundatum, & omnes æqualiter formas disjunctivè respicientem, semper ad modum complacentiæ, etiamsi illas actu non possideat. Eapropter dicitur materia malefica, & radix corruptionis, quatenus sub una forma existens, alterius formæ qualitates contrarias, quibus possessa expellitur, admittit.

XC V.

Actus primus materiæ, propter quem res primò dicitur esse, est forma substantialis realiter existens in quolibet composito naturali, quod esse substantiale intelligitur habere; cum hac tamen differentia, quod forma materialis à materia educitur, & ab illa conservatur, influentibus aliis dispositionibus accidentalibus; Spiritualis verò à solo Deo creatur independenter à materia, cui unitor sufficienter tamquam actus potentiæ suæ



60
sua per unicam unionem ad compositum
constituendum.

XCVI.

Formas autem materiales educi à materia,
non significat actu illas præexistere in ma-
teria, vel secundum totum, aut partem es-
sentia, vel existentia; sed solum importat
illas produci dependenter à subiecto, qua-
tenus ex nihilo nihil naturali virtute gigni
potest, indeque formæ materiales nulla in-
digent unione superaddita ad materiam in-
formandam, cum satis per suam dependen-
tiam ab illa, eidem intelligantur, & sint
unitæ.

XCVII.

Sicuti supernaturaliter forma materialis
conservari potest absque ulla materia, ita
etiam potest unica forma poni in pluribus
materiis diversis, & etiam plures formæ to-
tales eandem materiam informare, sive sint
similes, sive disparatæ, sive oppositæ, uni-
cam etenim rem per aggregationem, non
per identificationem constituerent, atque
adeo nulla implicantia. Hæc autem fieri na-
tura-



61
turaliter repugnat, tum ex parte agentium,
tum subiectorum, & compositorum, unicam
formam, & materiam exigentium.

XCVIII.

Præter partes componentes simul sumptas,
quibus fit, compositum nullam tertiam en-
titatem dicit ab illis distinctam. Fit autem
compositum omne ex actu, & potentia, sicuti
suppositum ex natura, & subsistentia, nec
inter se hæc duo materialiter differunt, licet
formaliter sint duæ compositiones diversæ.
Reliquæ autem rerum diversarum conjun-
ctiones propriè compositum aliquod non
constituunt, sed solum aggregatum per ac-
cidents.

XCIX.

Natura est principium intrinsicum mo-
vendi, & quietendi ejus, in quo primo est
per se, & non secundum accidents, unde à
violentia distinguitur, cujus principium for-
ris est, & per accidents. Si Deus velit, po-
test ut Motor universalis in creatura conser-
vare repugnantiam in iis, quæ sunt contra
sua naturæ exigentiam, & postea adhuc ut
par-



particulare agens ei violentiam inferre, in contrarium illam movendo, ut fortasse in damnatis contingit: Secus autem nulla creatura Creatori resistit, sed spontè omnia illi obediunt, ut Superiori inferiora naturali inclinatione subordinata.

C.

Tàm materia, quàm forma quælibet substantialis etiam rationalis est natura, si tamen utraque prout in composito accipiatur, quia sic utrique convenit naturæ definitio, sive principium passivum in materia præcipuè consideretur, sive activum in forma, quæ merito magis esse natura, quàm ipsa materia dicitur, eò quod non per aliud, sed per se sit principium motus ejus, in quo est: compositum verò propriè non natura, sed à natura est, cum ipsum non in alio, sed alia in ipso sint. Deus item, & Angelus à ratione naturæ, prout hic sumitur à Physico excluduntur, eò quod substantiæ spiritualis completæ operatio supra naturam hanc excellat.

Imi-

CI.

Imitatur naturam in suis operibus ars, tum ex modo agendi, & procedendi, tum ex parte subjecti, & effectus, cum hac tamen differentia, quod opus artis accidentale est, naturæ verò substantiale, indeque naturam ars nunquam simpliciter adæquare, & multò minus superare valet, licet certum sit illam adjuvando valde perficere. Artifex autem in iis, quæ ad voluntatem pertinent, deterior est, si per malitiam, quàm si per ignorantiam peccet, è contra verò in iis, quæ ad intellectum spectant, qui spontè peccat magis est eligendus, quàm qui per ignorantiam.

CII.

Causa, ex qua sequitur alterius esse, in actu primo remoto est prior tempore suo effectu, ad quem præsupponitur existere, non autem natura, nisi radicaliter, quia nondum actualis, sed solum aptitudinalis dependentia argui potest. In actu vero primo proximo non est necesse, quod sit prior tempore, sed solum natura, quia tunc simul causa, & effectus

64
ctus existunt, & licet per actionem causa sit natura prior effectu, ipsa tamen actio utpotè ab effectu dependens, eodem nulla est prioritate dignior.

CIII.

Facta comparatione causarum adinvicem, formalis nobilior est materiali, cujus est actus, & perfectio, & utraque nobilior censetur efficiens, cui materia subicitur, & à qua forma in sua productione dependet; Finalis verò in agentibus benè ordinatis est omnium nobilissima, ejus enim causandi modus cæteris est longè præstantior, eò quod ipsa immota moveat, ideoque ritè vocatur causarum Regina, & omnium causalitatum causa, dum per ordinatam seriem agit, cuncta ad ultimum finem referendo.

CIV.

Nullam realem relationem dicit causa in actu primo ad effectus possibiles, non specificativè, sed reduplicativè sumptos, eò quod sint ipsamet virtus causa, indeque impossibilitate quocumque effectu, identicè impossibili-

65
sibilitatur etiam causa, & è contra, sive causa adæquata sit, sive inadæquata, cum nihil valeat esse partim possibile, & partim impossibile. Benè autem inter causam, & effectus possibiles ponitur ordo, seu relatio rationis, quia ex cognitione unius termini alterius quoque virtus penetratur.

CV.

Effectus autem existentes, qui se ipsis immediate producantur, ad suam causam relatione transcendentali referuntur, eò quod ab eadem essentialiter dependeant, qui verò mediante actione distincta procedunt, relationem dicunt prædicamentalem ad suam causam solum in eo instanti, in quo actu dependent, sive primò producantur, sive ab eadem conserventur; secus nulla intercedit relatio, nisi rationis, per quam pariter causam ipsam ad suos effectus existentes tantum referre convenit.

CVI.

Realis causa ad realiter operandum, requirit realem existentiam, aliter ipsa existentiam

tiam dare non posset effectui, nemo enim dat, quod non habet, & causa non existente, neque actio ipsius, per quam debet effectus produci, potest existeret, indeque nulla causa realiter seipsam, aut seipsas duæ adinvicem possunt primò causare; licet possibile sit plures causas totales eundem effectum numero etiam naturaliter producere, supposita tamen, vel penetratione causarum totalium, vel replicatione subjecti adæquati: sic enim neque causæ impediri, neque influxus attemperari, neque subjectum duas, sed unicam tantum formam suscipere debet.

CVII.

Non implicat eundem numero effectum ab una causa de facto productum potuisse ab alia produci, quando mediante actione distincta procedit: unde potuit idem numero Alexander Magnus nasci ex alio patre, quam Philippo, & alia matre, quam Olympia, aliter ad ipsius, & aliorum hujusmodi effectuum productionem non foret opus actione distincta tollente indifferentiam, tum quoad causam respicientem omnes effectus in sua specie producibiles, tum quoad effectum, qui

qui à nulla causa essentialiter dependet, sed solum accidentaliter mediante prædicta actione.

CVIII.

Omnis autem causa est ad effectum suum determinata in specie natura sua, si necessaria est, & ex voluntatis arbitrio, si libera. Quoad individuationem effectus determinatio à causa secunda procedere nequit, eò quod ipsa de se sit indifferens, & futuram individuationem nulla facultate attingat: unde relinquatur talis determinatio superiori agenti, nempe primæ causæ simul cum secunda concurrenti, & sic licet adsit eadem virtus, & non repugnet ad esse effectus, qui præterit, à privatione tamen ad habitum non datur regressus, quia prima causa novum semper effectum in individuo determinat, naturam inde matrem fecundissimam efficiendo.

CIX.

Vera, & propria ratio causæ efficientis competit etiam creaturis, & substantiis corporeis, quod enim habet actualitatem essendi, I 2 debet

debet etiam virtutem agendi possidere, cum esse sit propter operari, & utrumque proveniat ab immenso fonte divinæ liberalitatis, cujus est bona plena, non detruncata facere: unde ipsarum efficientia, non est mera motus translatio, ut senserunt veteres Arabes, cum aliquibus recentioribus, sed entis vera productio, & agentis motus novum terminum habet.

CX.

Prima radix agendi in substantiis corporeis, universaliter est ipse actus, seu forma substantialis, eò quod à principio essendi tamquam à fonte debeat omnes operationum rivulos derivari. Specialiter verò causa immediatè productiva substantiæ varia est, aliquando enim est ipsa substantia causa effectui proportionata, aliquando accidens, causa operans ut instrumentum in virtute alterius, & quandoque substantia simul cum accidente tamquam causæ partiales, ex quibus adæquatum principium constituitur. In ordine autem ad productionem accidentium plurimæ causæ tum naturales, tum artificiales possunt assignari.

In

CXI.

In qualibet causalitate effectiva requiritur aliqua continentia perfectionis in causa quasi ex abundantia effectum producente: quæ quidem perfectionis continentia in causa univoca formalis est, eò quod effectus causæ similis edatur, & eminentialis in æquivoca, cujus naturam effectus non imitatur, nisi quoad aliqua prædicata, ut proportio aliqua semper adit inter causam, & effectum. Utraque autem continentia perfectionis in activa virtute consistit, ut efficientem causam constituat, aliter effectum producere nequit causa, quæ alioquin proportionata, immo quoad virtutem effectus naturam excedens circa illum tamen, ut Angelus circa Angelum, aut aliam formam, virtutem activam non habet.

CXII.

Actio, qua primò res ponitur in esse, dicitur productio, eademque ut continuata conservatio, eadem quidem numero, quando effectus à sua causa conservatur, sin secus, eadem æquivalenter. Supernaturaliter
solum

70
solum dari potest reproductio entium permanentium, non successivorum, quæ essentialiter alligantur tali ordini partium motus, & mirabilis magis est Deus in Sanctis suis, quoad reproductioem aliarum rerum, quam quoad hominis resurrectionem.

CXIII.

A' Philosopho bene dividitur actio productiva in immanentem, & transeuntem, quatenus una manet in suo principio, à quo est, & altera tamquam actus diffusio transit in subjectum, in quo recipitur effectus ab illa productus, ut ignis productio in ligno; indeque ritè dicitur agentis perfectio prima immanens, patientisque perfectio secunda transiens.

CXIV.

Ex nihilo effectum produciens actio creativa non recipitur in termino tamquam in subjecto, sed illi solum adhæret, ut unio cum anima rationali, est enim entitas substantialis per se existens independentè à quocumque subjecto. Quæ naturaliter creantur,

ut

71
ut Angelus, nullo modo possunt educi, & quæ essentialiter educuntur, ut modi, neque possunt creari propter suam essentialè dependentiam à subjecto, sicuti è contra quæ naturaliter creantur propter essentialè independentiam. Licet multi possint successive creari, & educi, hoc tamen in sensu composito fieri nequit, cum repugnet idem simul dependere, & non dependere à subjecto.

CXV.

Creaturæ omnes tam quoad esse, quam quoad operari subordinantur Deo, à quo facta sunt omnia, & sine quo nihil fieri potest, sed omnia operatur in omnibus, utpote causa continens eminenter omnes perfectiones reperibiles in quolibet genere effectuum, tam specifico, quam individuali, unde ipse solus valet cuncta producere, & conservare: & si admittit consortium alterius, non est hoc ex indigentia, sed ex liberalitate, qua vult attemperare concursum suum, sive dicatur prævius, sive simultaneus, ut causa quoque secunda operetur.

In

In ordine ad effectus non naturaliter debitos creatura quoad potentiam passivam, elevari nequit circa ea, ad quæ natura sua est incapax, ut lapis ad intellectionem recipiendam. Nam comprincipium ad talem elevationem requisitum, vel in ipsa potentia recipi nequit ex eadem ratione incapacitatis, quæ est ad effectum, vel non sufficit ad talem effectum recipiendum, si intra lineam capacitatis potentie. Quoad potentiam vero activam non implicat quodlibet posse elevari ad producendum quodlibet, sic enim creatura deficiens bene à comprincipio non defectibili in agendo valet adjuvari.

CXVII.

Materialis causæ quidditas consistit præcisè in ratione subjecti receptivi, unde nomine causæ materialis non venit sola materia prima, sed quodcumque subjectum aliquam actualitatem recipiens, & natura sua materialis causalitas aliquam semper dicit imperfectionem, eò quod ab actu recepto perficiatur, optimèque non tribuitur Deo actu

actui purissimo omni potentialitate defectibili carenti.

CXVIII.


Formalis causæ ratio, & quidditas est ipsa rei actualitas intrinseca, sive substantialis, sive accidentalis, quæ causando constituit, & constituendo causat. Non distinguitur effectus formalis à causa formali subjecto capaci communicata, secus si incapaci, unde albedo data Angelo non facit ipsum album, sicuti dealbatum reddit parietem. Licet munus causæ formalis sit perficere, non tamen ipsa sit simpliciter immunis ab imperfectione saltem quatenus pars à toto deficiens.

CXIX.

Finalis causa, cujus gratia aliquid fit, non operatur per aliquam realem, & physicam efficientiam, sed solum intentionaliter, & moraliter; quando enim finis realiter nondum existit, adhuc movet ad operandum, prout residet in intentione agentis, indeque primum in intentione ultimum in executione dicitur. Ratio autem finis, quæ movet

K

vo-




74
voluntatem est solum bonum, quò bonum,
implicat enim malum, quò malum, à quo
voluntas fugit, rationem finis optabilis ha-
bere.

CXX.

Bonitas autem finis non movet volunta-
tem, prout realiter existit in objecto, sed
prout in apprehensione, aliter non posset actu
movere, nisi quando actu esset in objecto,
quod falsum esse ipsa experientia ostendit,
indeque apprehensio specificativè sumpta,
non est mera conditio, sed vera virtus pro-
ximè, & immediatè motiva, qua sola posita
finis agit, etiamsi nulla adsit in objecto bo-
nitas realis, cujus est movere tantum remo-
tè, & mediante apprehensione.

CXXI.

Omnia agentia naturalia agunt propter
finem, in quo semper fundatur bonitatis, ut
convenientis ratio rebus omnibus inhærens,
vel appetitu elicito, vel naturali inclinatio-
ne, cum hac tamen differentia, quod ea, quæ
per se finem aliqua cognitione non attingunt,
ab alio principio superiori cognoscente ap-
pli-



75
plicantur ad illum executivè assequendum;
quæ verò finem perfectè cognoscunt, non
solum executivè, sed etiam directivè propter
ipsum operantur media idonea eligendo.

CXXII.

Nihil ergo temerè, aut fortuito partium
motu, vel atomorum ludo, seu combinatio-
ne casuali juxta Epicureorum ineptam sen-
tentiam contingit, sed omnia ex ordinatio-
ne ad aliquem finem disponuntur, unde rite
dicitur opus naturæ, opus intelligentiæ.
Licet autem bruta, & alia agentia naturalia,
quandoque adhibeant media ad finem suum
opportuna longè præstantiori ordine, ac iis-
dem utatur humana ratio, ac prudentia, non
inde tamen sequitur illa perfectiùs operari,
quàm homines, quia ab alio mota necessario
moventur, homo verò per electionem pro-
priam liberè operatur.

CXXIII.

Idealis causa est forma, quam effectus imi-
tatur ex intentione agentis finem sibi deter-
minantis, unde propriè operari ex idea, &
K 2 fine,



76

sine, ac delectari, atque moveri proportionem mediorum, soli agenti intellectuali convenit, & causæ exemplaris motiva virtus est solum intentionalis, sive exemplar internum sit, sive externum, & ad has ideas fortasè alludere voluit Plato, quando rerum omnium materialium species immateriales posuit.

CXXIV.

Fatum, Fortuna, & Casus, neque sunt fatalis, neque fortuitus eventus operis, neque peculiare aliquod genus causæ constituunt, sed tantum intra limites efficientis causæ sistendo, cum sint præter intentionem agentis creati, significant ipsam primæ causæ infinitam præscientiam, & providentiam cuncta juxta suæ voluntatis consilium disponentis, & administrantis fortiter, & infallibiliter quidem, sed etiam suaviter, idest salva rerum libertate, & exigentia.

CXXV.

Repugnat etiam per Dei potentiam absolutam quodcumque infinitum cathegorematicum creatum, tam in essentia, quam numero,



77

mero, extensione, intensione, & duratione, est enim quælibet creatura quoad hæc prædicata essentialiter finita, & limitata. Unde nulla creatura, sive permanens, sive successiva fuit, aut potuit esse ab æterno, neque ulla potest esse omnium perfectissima, cum inter finitum, & infinitum sit infinita distantia, & de participata perfectionis ratione sit partim sumere, & partim relinquere.

CXXVI.

Motus cum sit actus mobilis, & ens mobile medium inter ens actu, & ens potentia, motus quoque inter hæc medium quoddam erit, quod movetur enim omnino formam non habet, quia quiesceret, nec omnino eadem caret, quia per motum, seu acquisitionem nihil acquisivisset, ideo ex Philosopho motus definitur actus entis in potentia, prout in potentia, quæ definitio, in re perdifficili est optima, eo quod egregiè explicet omnia prædicata motus, nempe rationem viæ ad terminum, actionem, seu fluxum moventis, passionem, seu tendentiam ad formam mobilis, atque imperfecti ad perfectum progressionem.

Præ-



Præter spatium reale, nullum datur aliud, vel imaginarium, quod non habeat esse fictitium: sed præter locum extrinsecum, benè admittitur locus intrinsecus, vi cuius in genere causæ formalis res constituitur in loco, & nuncupari solet ubi intrinsecum, ubicatio, præsentia localis. Hic autem locus est entitas modalis in re locata recepta, ab actione ejusdem rei productiva, & conservativa realiter distincta, quia locali ubicatione variata, non variatur actio productiva, neque conservatio.

CXXVIII.

Duplex autem est ubi intrinsecum, aliud definitivum, quo res tota est in toto, & tota in qualibet parte spatii, ut anima rationalis in corpore, & aliud circumscriptivum, quo res tota est in toto, & qualibet pars rei in parte spatii diversa, ut corpus humanum in loco. De absoluta Dei potentia idem corpus potest circumscriptivè replicari in pluribus locis, sicuti in eodem loco plura corpora simul penetrari posse ex non repugnanti

tia

tia asserimus, eò quod exclusio alterius loci, aut corporis sit solum secundarius effectus ubicationis.

CXXIX.

Corpus circumscriptivè replicatum utrobique naturaliter haberet eadem accidentia à loco independentia, quæ in ipso sunt, dum replicatur, & quæ de novo adveniunt post replicationem, cum sint adjacentia circa corpus, ipsum concomitantia; Quæ verò sunt à loco dependentia naturaliter non replicarentur: possent autem replicari supernaturaliter, quæ à loco dependent accidentaliter, non autem, quæ essentialiter, ut est ipsa ubicatio: multa verò accidentia, quæ neque supernaturaliter idem corpus in uno loco, ut replicatum in duplici loco posset habere.

CXXX.

Spiritualis substantia creata non est in loco simpliciter per suam operationem, quæ solum determinat extensionem in loco corporeo, in quo virtus applicatur, sed per suam substantiam aliquam ubicationem definitivam

80
vam recipientem, cum natura limitata non nisi limitatum spatium possit occupare; indeque nulla res creata potest omni ubi intrinseco spoliari, licet non repugnet illam quolibet ubi extrinseco carere, immo de facto ultima sphaera Caelorum ultra Empireum nullibi extrinsece moratur.

CXXXI.

Licet à vacuo, quod nullo repletur corpore natura semper abhorreat propter mutuum rerum singularum colligationem, & societatem, qua viget omnis conservatio, totiusque naturæ virtus, & robor, maxime quoad Cælestium corporum influxum, non implicat tamen ex aliqua violentia vacuum aliquando causari. Constat enim certò multos effectus præcipuè in motibus gravium, sursum, qui censebantur ex metu vacui provenire, ex sola corporum pressione causari, ac proinde in tali casu per Torricellii, & aliorum experimenta in fluidis corporibus demonstrata, vacuum congruentius admitteri debet, quam negari.

Sup-

81
Supposito vacuo ex prædictis, vel saltem divinitus causato, posset in ipso quilibet motus naturaliter fieri, quia ibi eadem virtus motiva gravium, & levium eodem modo esset ordinata, sicuti etiam projectorum impulsus vigorem suum continuaret, pariterque animalium motus vigeret: non enim tales motus plenum adjuvat, sed potius impedit, undè velociores essent in vacuo, quam in medio pleno; non tamen fierent instantanei, quia successio eorum non provenit simpliciter à resistantia medii, sed à momentis impulsu per partes post partes exacto in mole corporea spatium itidem per partes post partes ordinate acquirente.

CXXXIII.

Dari motum localem est adeo certum, ut nihil ipso, tam quoad rationem, quam quoad sensum notius videatur, undè scite Diogenes deambulando potius, quam respondendo contra motum localem peracutum Zenonis ex hypothesi data illationem confutabat. Est autem motus localis alicujus

L rei



rei de loco in locum translatio, & multipliciter dividi potest secundum varias causas, & conditiones, universaliter tamen quilibet motus localis provenit ab impetu, vel innato, vel elicito, vel acquisito.

CXXXIV.

Impetus innatus provenit à gravitate, vel vi elastica, à gravitate quidem, prout ordo naturæ exigit gravia medium, seu centrum tenere juxta suam specificam gravitatem, unde corpora descendendo alia subjecta corpora premunt, & talis pressio fit eadem proportionem, ac sunt inter se momenta molis, & gravitatis specificæ; indeque habetur vera causa determinata immersionis corporum intra fluida supernatantium, aut non supernatantium, qua observatione molis, & ponderis Archimedes argentarii fraudem detexit, qui in aurea corona argentum miscuerat.

CXXXV.

Moventur itaque gravia deorsum, in quantum sub se leviora corpora fluida findunt; unde nullum locum proprium habent, in quo



quo quiescant, nisi centrum mundi, ad quod cum singula tendant, assiduo conatu vicissim premunt, & premuntur. Causa autem quare motus gravium deorsum sit in fine velocior, non est à medii anterioris resistentia minori, vel posterioris majori pressione, sed provenit ab impetu ex gravitate producto, & conservato, & alium ulteriorem impetum, acceleratum producente, & hujus accelerationis incrementum fit progressionem numerorum imparium, ut variis observationibus sedulo repetitis compertum est.

CXXXVI.

Licet à principio motus gravium deorsum in omnibus serè corporibus deprehendatur æqualis, in progressu tamen reperitur sensibilis differentia inter corpora diversam habentia gravitatem, non quidem absolutam, sed specificam, secundum quam habitatio ratione molis, densitatis, & medii, graviora citius descendunt gravitate sua majorem impetum producente non instantaneè, sed in tempore divisibili, atque spatio sensibili ad multos palmos transacto; unde aliquos fecellit experimentum in loco humili repetitum,





84
ritum, quod ab editissimo vertice fieri oportebat.

CXXXVII.

Tendunt autem deorsum gravia contra Copernicum motu naturali proveniente à principio intrinseco gravitatis, internique impetus, non per lineam circulem, sed rectam directione brevissima ab eorum gravitatis centro ad centrum Universi, ad quod si perveniret grave, in hypothesi, quod per puteum usque ad Antipodas excavatum demitteretur, non statim susteret, sed hinc inde ascenderet, iterumque descenderet multis vibrationibus circa centrum repetitis, donec impetus remitteretur more funependulorum.

CXXXVIII.

A' vi elastica impetus innatus etiam provenit, quatenus particulae aliquae fluidae, & attenuabiles intra poros corporis delitescentes, dum corpus colliditur, aut inflectitur, commoventur, & agitantur, donec pristina partium dispositio, & totius figura recuperetur.



85
retur. Quod si corpus aliquod huiusmodi particulis destituatur, nulla vi elastica praeditum est, & compressum in pristinam figuram sese restituere non valet.


CXXXIX.

Elicitus impetus, vel oritur ab innato, ut in acceleratione motus gravium deorsum, vel provenit ab intrinseca virtute ut in animalibus, quibus competunt variae motionum species, prout elementorum regiones varias pertranseunt, nempe terram per gressum, aquam per natatum, & aerem per volatum; unde male ab aliquibus recentioribus opera simpliciter automata reputantur animalia, licet bene motiones ipsorum principiis mechanicis, quibus anima vivens, & sensitiva utitur, explicentur.

CXL.

Acquisitus impetus fit ex impulsu à projiciente in projecto producto, qui quidem impulsus non in instanti, sed successively intenditur, sicuti etiam remittitur, indeque in medio validior, & velocior est, quam in prin-






86
principio, & sine. Mensura autem majoris, vel minoris impetus desumitur à potentia projicientis, quam adhibet in illius productione, dum projectum primò movet, & hac virtute exacta, vel paulatim sese remittente incipit projectum proportionaliter moveri motu graviori.

CXLI.

Projectorum motus perpendicularis, sive deorsum, sive sursum per lineam rectam utique procedit ex ipsa perpendiculari directione: alii verò motus horizontales, vel obliqui, licet ut plurimum fiant per lineam parabolicam, vel hyperbolicam, impetu ex gravitate paulatim deorsum vergentes; quandoque tamen gravia projecta ex impetu validissimo, ut in bombardis fortasse contingit, per lineam rectam ad aliquod spatium deferri valent in motu tam obliquo, quam horizontali.

CXLII.

Si solidum in aliud solidum cum impetu impingat, fit motus reflexus, cujus causa præter impetum est etiam elaterium, vel in
mo-



87
mobili, vel in obstaculo, vel in utroque residens, & juxta vires elaterii ex impetu impresso fit major, aut minor reflexio. Quod si corpora omni prorsus elaterio careant, nulla fit motus reflexio, sed compressa retunduntur. Resilientium autem corporum in puncto reflexionis nulla datur quies, aliter in ipsa impetus extingueretur; non inde tamen sequitur mobile simul moveri motibus contrariis, sed solum, quod immediatè post motum directum reflexo motu procedat, quiete tantum imaginaria intercedente, vel fortè etiam reali morula, qua non obstante, sicuti mobile dicitur motum rectum continuare sine quietis interruptione, ita dicendum in puncto reflexionis.

CXLIII.

Habent etiam corpora solida motum alteri, aut sibi invicem communicare, quando colliduntur, quæ quidem si elastica vi destituta sunt, & in simile corpus impingunt, simul cum illo moventur post collisionem velocitate communi deficiente à prima velocitate motus corporis impingentis juxta quantitatem molis, & ponderis corporis percussi:

cussi : unde si corpora collidentia sint æqualia, impetus æqualiter, si inæqualia, inæqualiter dividitur, juxta proportionem reciprocam gravitatis molis, & impetus, nisi omnino motus excessu resistentiæ contundatur.

CXLIV.

Quando autem elastica vi corpora collidentia prædita sunt, si sint æqualia, & uno immoto aliud in ipsum impingat, motus immoto communicatur, & quod movebatur, immotum remanet, quia motus directus impingentis ab elaterio immoti contrariam in partem repellitur, cumque subjectum idem duabus lationibus contrariis moveri simul nequeat, duæ illæ contrariæ determinationes sese mutuò elidunt, ac destruunt, unde corpus illud immotum remanet, aliud verò ex impetu recepto dimidia solum alterius velocitate movetur.

CXLV.

Quod si corpora hujusmodi collidentia æqualia sint, & æquali impetu moveantur, post collisionem eadem velocitate resiliunt ambo,

ambo, eo quòd ex elaterio impellantur eadem vi, qua comprimuntur. Si verò inæquali ferantur impetu, post collisionem velocitates permutantur, adeo ut unum alterius impetum induat, quod etiam contingit, si collisio fiat, quando ad eandem partem feruntur, & si plura corpora contigua sint, virtus motiva successivè ad omnia usque ad ultimum in prædicta proportione communicatur, dummodo tamen collisiones fiant semper juxta omnium lineam centricam motus directivæ, aliter si obliquè collidantur, tunc erunt determinationes motus diversæ, juxta varietatem collisionum, quæ vel naturaliter, vel artificialiter fiunt.

CXLVI.

Impetus præterea, & motus vires aliquando acquirunt ab instrumentis mechanicis, in quibus ut movens ad motum, ita longitudo ad longitudinem debet constitui, ut fiat æquilibrium inter potentiam moventem, & pondus, unde licet vires potentia moventis simpliciter non augeantur, tamen ad majus pondus extenduntur ex quantitate motus, vel diminuta in pondere, vel adaucta in potentia.

M

Ex-

CXLVII.

Excessus autem potentia ad ponderis resistentiam superandam constituitur ex eo, quod potentia movens magis, & magis à gravitatis centro removeatur eo modo, quo in circulo partes à centro remotiores celerius, & facilius moventur: unde eòsque humani ingenii acumen pervenit, ut machinas quasdam excogitaret, quæ naturam circuli participantem motricem potentiam in motu gravium, & levium adjuverent, immo potentia quantumvis minima posset ingentia pondera trahere, & elevare, quod quidem ex theoria verissimum est, sed ad praxim non semper valet revocari.

CXLVIII.

Varia itaque sunt instrumenta mechanica movendis ponderibus opportuna. Præcipua autem sunt sex, nempe *Libra*, *Vectis*, *Cuneus*, *Trochlea*, *Choclea*, & *Axis* in peritrochio. *Libra*, & *axis* in peritrochio reducuntur immediatè ad vectem, & in vecte, tam primi, quàm secundi generis, potentia movens tot æquivaleret momenti ponderum sibi

sibi æqualibus, quoties distantia ejus ab hypomoclio distantiam ponderis ab eodem continet, unde vires potentia unica vecte possunt in infinitum extendi, recteque agebat Archimedes, se vecte terra globum loco dimoturum, si posset extra hypomoclium statuere.

CXLIX.

Cuneus malè ab aliquibus reducitur ad vectem duplicatum, nam ex majori distantia potentia ab hypomoclio ejusdem vires non augentur; unde vires cunei in eo consistunt, quod potentia multum, & pondus parum moveatur; indeque cunei acutiores magis apti sunt ad findendum, eò quod potentia adjuvetur in motu suo: Cuneus verò habens angulum verticalem majorem sexaginta gradibus minuit, non auget vires potentia. Est autem potentia cunei motus ipsius intra corpus, & pondus est resistentia corporis findendi.

CL.

Trochlea simpliciter immobilis vires potentia

M 2 ten-

tentia non adauget, sed solum motum faciliat, mobilis autem vires duplicat; & si trochleæ mobiles multiplicentur, aut earum orbiculi, toties augebitur potentia in proportione dupla pro numero ipsarum trochlearum, vel orbiculorum. Vires trochleæ benè ad vectem reduci possunt, quia quilibet orbiculus per diametrum nititur axiculo, tamquam fulcimento, quod inter potentiam, & pondus locatur, unde vectis primi generis constituitur.

CL I.

Chocleæ vires absque ulla reductione ad cuneum, vel vectem melius explicantur immediatè ex primo mechanicæ principio, quòd nempe augeantur eadem proportione, qua una circumferentia scyralæ in ipsa chocleæ infixæ superat altitudinem unius spiræ, sic enim rite comparatur motus potentia ad motum ponderis, & clarè utriusque vires innotescunt, & ad hoc instrumentum reducuntur omnia genera prælorum cum tigno, siue mobili, siue immobili.

Quan-

CL II.

Quantitas est accidens realiter distinctum à substantia, quia aliquando est, & aliquando non est absque generatione, & corruptione, quod non contingit in substantia, quæ præterea non est cognoscibilis per sensum, sicuti quantitas, neque possunt duæ quantitates esse in eodem loco, sicuti duæ substantiæ, prout in eodem composito, materia nempe, & forma. Distinguitur etiam realiter ab aliis accidentibus, quorum est subiectum immediatum, sicuti ipsa immediatè in sola materia recipitur, non in forma, neque in toto, his enim variatis, eadem quantitas non rarò manet.

CL III.

Ineptè igitur ab aliquibus recentioribus ponuntur duæ quantitates, nempe una materia, & altera accidentium, cum sine hac frustranea multiplicatione omnes ejus effectus per ipsam, ut unicam formam accidentalem, explicantur. Dicit enim quantitas de suo conceptu formali, non rationem mensuræ, neque divisibilitatis, sed multitudinem partium,

94
tium, aut unitarum, aut discretarum, ex quibus oritur postea localis extensio, divisibilitas, & impenetrabilitas.

CLIV.

Præcisa ergo quantitate, substantia materialis nullas habet partes actu, neque ullam divisibilitatem, hæc enim munera solum à quantitate habentur, aliter frustranea esset quantitas, & ante ipsam fieret compositio aliqua partium accidentalis nullo modo admittenda, cum tunc substantia sit solum in ordine ad id, quod est per se, quod prius esse debet eo, quod est per accidens. Si tamen quantitate divinitus spoliaretur substantia, non proinde desineret esse in loco, sed solum in illo diversimodè esset, ac erat prius sub quantitate, quatenus non amplius molem aliquam constitueret determinatè figuratam aliis corporibus obsistentem, impenetrabilem, sed in indivisibilia resolveretur inextensa non negativè, sed privativè.

CLV.

An autem substantia talis quantitate spoliata

95
liata sit magna, vel parva? neutrum concedendum est, quia utrumque est de subiecto non supponente, cum ante quantitatem nequeat substantia effectum formalem quantitatis habere: unde aqua totius Oceani sine quantitate actualiter, nec major, nec minor est aqua in cyatho contenta, qua tamen major dici potest radicaliter, & exigitivè, cum aqua Oceani majorem exigit ex quantitate extensionem.

CLVI.

Diversimodè tamen extenditur materia, ac ipsa forma materialis, nam materia ex eo, quod immediatè quantitatem recipiat, fit extensa tamquam ipsius subiectum proprium, forma verò ex eo, quod in materia extensa recipiatur; unde, si materiæ nondum quantæ uniretur, nec ipsa quanta fieret. Divinitus tamen posset substantialis forma ipsam quantitatem immediatè recipere, cum nulla adsit implicancia, quæ tollat hanc possibilitatem à re ceteroquin exigente, & multitudinem partium, & extensionem.

Indi-

Individuationem metaphysicam nullo modo sortitur materialis substantia à quantitate, sed illam habet solum à propria essentia, cum sit substantia prima, de cujus ratione est esse individuum. Loquendo de continuativa individuatione, quantitas illam habet primò, & per se à suis partibus inter se unitis, & reliquæ substantiæ materiales eandem recipiunt ab ipsa quantitate, vel de formali, vel de consequenti, quod enim convenit alicui primò, & per se, nulli alteri convenit, nisi per ipsum.

CLVIII.

Circa compositionem continui, sententia de actuali divisibilitate in infinitum in corpore physico plus videtur proponere, quàm probare, & plus concludere, quàm intelligere; & licet hac melior censeatur sententia de divisibilitate in infinitum solum potenti, non tamen vacat insolubilibus difficultatibus, quas neque resolvit sententia media recentiorum de partibus proportionalibus, & minoribus in infinitum, aut de
mi-

minimis, seu punctis inflatis finitis indivisibilibus, seu intecabilibus.

CLIX.

Præferenda itaque cæteris videtur in compositione continui sententia Zenonis de partibus indivisibilibus finitis, eò quod sic optimè explicetur contactus corporum sine penetratione, eorundem magnitudo, & paritas ex additione, & detractone partium successivarum semper insensibili, inceptio, & desitio rerum in parte durationis indivisibili, & alia multa, quæ in aliis sententiis non nisi egrè explicari queunt.

CLX.

In continuo successivo, cum evidens sit partes actu debere esse distinctas ratione essentiali prioritatis, & posterioritatis, certò etiam benè concludi videtur, ipsum constare ultimis partibus indivisibilibus, seu instantibus momentaneis, in quibus non est prius, nec posterius, sed quorum vivere, mori est, & quatenus hæc instantia sibi invicem immediate succedunt, continuum successivum constituitur.

N

Suc-



CLXI.

Successivi motus tarditas, aut velocitas in majori, vel minori morularum copia consistit, quando scilicet partes motus non sibi invicem immediatè succedunt, sed aliquæ morulæ intercedunt. Oriuntur autem morulæ partim à virtute mobilis finita, & limitata, quæ majorem, vel minorem potest impetum producere, & partim à majori, vel minori resistentia mediæ, atque etiam oriri possunt à libero arbitrio, quando mobile est agens liberum.

CLXII.

Licet verissimum sit, dum multa moventur, loquendo de motu immediatè continuato, magis de quiete, quàm de motu participare propter eximiam morularum copiam, cujus momenta temporis longè excedunt numerum momentorum temporis, in quibus est motus; loquendo tamen de motu interrupto, simpliciter moveri dicuntur, & non quiescere, quia sic motus magis attenditur, ac de ipso judicium fertur secundum distantiam spatii, quæ tali temporis
de



decursum acquiritur, & fit sensibus nota, quàm secundum immediatam successionem, quæ nec oculis, nec aliis sensibus subjicitur, unde oculis videtur lapis cominis decidens velocius moveri, quàm Sol, aut primum mobile, quia distantia motus lapidis percipitur statim, Solis verò, aut primi mobilis nonnisi post aliquod tempus.

CLXIII.

Celeberrimum, ac difficillimum rotæ argumentum de motu radiorum circulari simul tardo, & veloci quoad partes aliquas centro propinquiores, & alias remotiores ab eodem, clarè, & optimè solvitur per morulas prædictas, absque ulla partium discontinuatione, quia ex prima, & quarta circuli proprietate à Philolopho admisa, fit, quod rotæ circumvolutio constet duabus lationibus, ratione quarum in semidiametro, seu radio rotæ partes centro fixo, & immoto propinquiores magis ab ipso detinentur, unde majori morularum copia abundant, eodem tempore percurrendo spatium arctius eo, quòd partes ab eodem centro remotiores, & minus ab ipso detentæ percurrunt.





CLXIV.

Naturaliter loquendo non potest dari actio in distans, sed requiritur omnino approxi-
matio agentis ad passum, vel formalis, vel
virtualis, eò quod agens naturale passo sem-
per debeat esse mediâtè, vel immediatè con-
junctum, aliter in quacumque; vel maxima
distantia, immo simul in pluribus locis pos-
set operari, quod tamen naturaliter videtur
impossibile. Ipsum autem agens intra suam
sphaeram virtutem diffundit uniformiter,
difformiter, in parte nempe sibi proximo-
re, semper fortius, & validius operando.

CLXV.

Non inde tamen inficiari oportet virtu-
tem antipatiæ, & simpatia, sed potius illam
explicare decet circa suam operationem, que
in distans apparet, non quòd revera talis sit,
sed quia virtutem suam diffundit agens igno-
ta sensibus via, sed intellectui ex effectu ar-
guenti manifesta, ut in lapidibus, & herbis,
atque ipsis animalibus, simpatia quidem ex
homogenea partium consensione, & è contra
per etherogeneam partium disensionem an-
tipatia.

Præ-



CLXVI.

Præterea ad agendum, & passum sibi per-
fectè assimilandum impedimenta removeri
ab agente necesse est, ac proinde in agendo
passi resistentia positiva superari debet ab
excessu virtutis activæ, & sic aliquando inter
se reciprocam actionem exercere possunt
agens, & passum, ex qua reactione, vel ef-
fectus tardius, vel minor qualitatis intensio
producitur, ac potuisset produci, & subje-
ctum qualitates contrarias in gradibus remis-
sis simul recipit, & conservat.

CLXVII.

Tempus est realis, & immediatus ordo
partium motus secundum prius, & posterius,
unde in unoquoque motu immediatè succes-
sivo tempus intrinsecum, quo suas partes me-
tetur, adest. In motu vero interrupto quoad
partes præcipuè quietis est solum mensura
extrinseca. Licet quoad partes positivas pos-
sit de absoluta Dei potentia tempus repro-
duci, non tamen valet quoad successivas, quæ
essentialiter talem ordinem prioris, & poste-
rioris important, prout à partibus permanenti-
bus distinguuntur.

Du-



Duratio simpliciter dicit actualitatem existendi, & triplex est, aeterna, aeviterna, ac temporanea. Prima soli Deo convenit ab ejus essentia indistincta, reliquæ duæ creaturarum propriæ non consistunt in earum, essentia, neque in modo superaddito, sed in coexistentia rei, & temporis, ita enim tollitur omnis indifferentia, & res benè intelligitur durare tali tempore. Rerum autem inceptio, & desitio fit in instanti temporis indivisibili.



EX

EX LIBRIS
DE
ORTU, ET INTERITU.

CLXIX.



GENERATIO definitur genericè mutatio totius in totum, & specialiter origo viventis à vivente principio conjuncto in similitudinem naturæ, & in ipsa generatione, neque adest mutua causalitas realis inter dispositiones ad formam requisitas, & ipsam formam, ne idem fiat simul prius, & posterius se ipso; neque fit resolutio usque ad materiam primam, sed multa accidentia, quæ erant in corrupto, manent in genito, eò quod utrique inserviant ad formæ conservationem, indeque facilius fit transitus symbolorum, quàm dissymbolorum.

Quam-

Quamquam realiter eadem actio sit generatio, & corruptio, juxta vulgatum axioma, generatio unius est corruptio alterius, & è contra, benè tamen concipiuntur tamquam duæ mutationes, quarum prima terminat ad formam novam, & altera ad formam veterem destructam, unde definitur corruptio desitio rei in aliam manente eodem subjecto, ut distinguatur ab annihilatione, quæ est desitio rei in totum.

CLXXI.

Aggeneratio, seu nutritio est vera, & realis conversio alimenti in substantiam aliti, unde non solum moraliter, sed etiam physicè est idem homo quoad partes corporis senex, ac puer, & licet ipsam includat realiter tamen distinguitur nutritio à simplici augmentatione, quæ de formali solum dicit additionem partis ad partem. Augmentationi opponitur diminutio, quæ est morus à majori ad minorem substantiam per hoc, quod aliqua pars quocumque modo detrahatur.

Fit

Fit autem nutritio variis operationibus, tum præcedentibus, tum subsequenter ipsam, & licet salivali fermento, & comminatione dentium, prima quædam fermentatio ciborum incipiat in ore, non tamen ibi simpliciter perficitur, sed in ventriculo, qui veluti nutritionis promptuarium, chylum propriè convertendum in animalis substantiam subministrat: ex chilo enim jecur activitate propria quatuor humores conficit, prout ciborum mixta substantia quatuor elementa continebat; sunt autem humores dicti, sanguis natura sua calidus, & humidus aeri correspondens, flava bilis calida, & sicca ignem referens, pituita frigida, & humida aquæ consimilis, & atra bilis frigida, & sicca terram representans.

CLXXIII.

Sanguinis quidem originem sitam in hepate verius, quam in corde videtur, nam licet cor sanguinem magis vivificet, perficiatque calore suo, non illum tamen sua capacitate modica valet in insignem copiam

O

primò



primò derivare, è contra verò in hepate, ex novis, & accuratis observationibus comper- tum est, adesse fatis amplum fontem sangui- nis, & primam radicem venarum omnium, quæ ab ipso per totum corpus distribuuntur, & illarum truncus insignis ad ipsum cor ascendit, ut copiam spirituum vitalium hau- riat, qui nihil aliud sunt, quàm purissima, & subtilissima quædam sanguinis substantia ad modum vaporis, quæ per venas arteria- les ad membra fovenda, & animanda de- fertur.

CLXXIV.

Hi autem spiritus vitales moventur à vi cordis, & pulmonum pulsatione proportio- naliter æquabili, ac regulato motu, ex cujus deordinatione, seu defectu medici postea- varias deprehendunt ægitudines. Aliqui verò ex his ascendunt per venas ad cerebrum, ubi residet principium vitæ sensitivæ, & ibi- dem depurati ulterius, ac humiditate cere- bri restaurati, & refrigerati ad totum corpus per nervos propagantur, ut motus animalis effici valeat, præcipuè in ordine ad quinque sensationes.

In



CLXXV.

In plantis verò, ut notat Philosophus, ad nutritionem non tot interveniunt operatio- nes, ut in animalibus, quia plantæ utuntur pro alimento ipso terræ humore jam defæ- cato extra radices, unde alimenti præpara- tio, concoctio, & segregatio ferè omnis fit in ipsa terra, & non in planta, ac proinde plures requiruntur, & adsunt in animali po- tentiæ ad nutritionem conficiendam, quàm in planta, quæ propterea parvo in tempore magnum fortitur molis incrementum.

CLXXVI.

Alteratio efficitur ex aliqua solùm muta- tione qualitatis, & hic admitti potest sano modo doctrina de motu atomorum, seu mi- nimarum partium elementarium poros cor- porum subeuntium, non ad transmutationem substantiæ, sed qualitatis, quæ si propria di- catur, provenit à forma substantiali, cujus est proprias affectiones sibi producere: si com- munitis ab elementis, & chymicorum prin- cipiis, & etiam quandoque ab affectionibus mechanicis partium, secundùm variationem

O 2

fitus,





108
 situs, figuræ, & motus originem habent,
 cum hæc omnia sint principia proportiona-
 ta aliquorum effectuum.

CLXXVII.

Virtus autem activa qualitatatum consistit
 in motu, vel minimarum partium effluvio,
 per hæc enim multum augetur, & valide
 operatur intra suam activitatis spheram.
 Passiva facultas contraria exercetur ex mera
 resistentia propter innatam exigentiam prop-
 riæ conservationis, unde contrarium impe-
 ditur, ne in subjectum formam suam intro-
 ducatur, atque agendo repatur, & ex tali re-
 sistentia, & activitate bene admittitur mu-
 tua reactio.

CLXXVIII.

Intensio non fit ex mera expulsionem con-
 trarii, aut ex nova productione totius qua-
 litatis, vel aliqua majori veteris radicatione
 in subjecto, sed ex additione simplici gra-
 dus ad gradum in eadem parte subjecti, &
 è contra remissio fit ex eorumdem graduum
 detractio, sic enim rite explicatur major
 com-



109
 compositio in rebus accidentalibus, quam
 substantialibus, maxime quoad qualitates pas-
 sibilis, quæ pariter sunt in plures partes di-
 visibiles, & in eodem subjecto simul adu-
 nari queunt.


CLXXIX.

Hi autem gradus omnes inter se sunt ho-
 mogenei, prout naturæ ordo postulat, ne
 remissius agat in intensius, & simile in simi-
 le non operetur; si enim etherogenei essent
 propter talem graduum dissimilitudinem,
 semper adesset ex aliqua parte incitamentum
 ad operandum, & perfecte intensa qualitas
 nulla in parte posset unquam à contrariis de-
 bellari, quod est contra experientiam: unde
 ex gradibus homogeneis fit major intensio
 qualitatis, quæ partes magis unitas habendo
 perfectior, aut fortior evadit in sua opera-
 tione, circa quam dispersa languesceret.

CLXXX.

Licet cujuslibet qualitatis intensio tota
 simul possit supernaturaliter produci, natu-
 raliter tamen qualitates contrarium habentes
 suc-






110
successivè incrementum suum suscipiunt ;
quod quidem non procedit in infinitum ,
sed producta tota intensione qualitatis in
subjecto capaci producitur forma substantia-
lis , & in reliquis secundùm conditionem
agentis , & passivi , talis intensio absque alio
incremento æquabiliter conservatur , ut in
metallis candentibus .

CLXXXI.

Rarefactio præcisè efficitur ex partium
dilatatione , & condensatio ex earundem
restrictione ; sic enim utriusque natura rite
exponitur , & explicatur, dicente Philosopho,
rarum , & densum significare potius partium
positionem , quàm qualitatem . Licet ut plu-
rimum calor sit causa efficiens rarefactionis,
& frigus condensationis , aliquando tamen
post partium dilatationem illas uniendo ca-
lor condensat , & frigus post partium con-
stipationem illas arrigendo distendit , & rare-
facit, ut in glacie ferè contingit .

CLXXXII.

Reflexio qualitatis non provenit ab agen-
te



111
te principali , neque ab obstaculo , aut utro-
que simul , tamquam à causa , cum actio re-
flexa opposita sit agenti , & non consentanea
naturæ , aut virtuti obstaculi , sed solum hæc
tamquam conditiones ad ipsam requiruntur ,
& causatur deinde reflexio à qualitate in ob-
staculo ab agente principali producta , quæ,
ut ibi adunata intensior facta , aliam qualita-
tem reflexam rursus per eandem viam dif-
fundit , unde in tali medio inter obstaculum ,
& agens fit qualitatis major , & insignior
intensio .

CLXXXIII.

Non tamen ista major intensio fit in om-
nibus qualitibus , sed solum in illis quæ per-
severant ; nam qualitates citò pereuntes , ut
soni , si non amplius durant reflexionis tem-
pore, majorem sonum non efficiunt ; Loquen-
do verò de speciebus visualibus majorem non
constituunt intensiorem , etiamsi durent ex
objecti præsentia , quia etherogeneæ sunt ,
dextrum in sinistrum , & è contra sinistrum
in dextrum commutando .

Quan-

Quandoque etiam contingit reflexionis effectum ipsa qualitate in obstaculo collecta perfectiorem esse, ut in speculis ustoriis, in quibus radii convergentes facti intensissimam reddunt ipsam qualitatem, ibi ubi magis adunantur, & focum constituunt, usque ad excitanda incendia, quibus olim Archimedes Romanorum classem deterruisse fertur. In omni autem reflexione angulus incidentiæ semper est angulo reflexionis æqualis, quia natura per viam brevissimam, & directæ viæ æqualem operatur, & ab agente ad terminum reflexionis per contactum obstaculi, nulla brevior via dari potest, quam quæ fit per lineam tales angulos ad contactum obstaculi æquales constituentem.

CLXXXV.

Caloris natura consistit in motu expansivo, celeri, & perturbato partium, unde congregantur homogenea, & disgregantur etherogenea. Dividitur calor in actualem, qui per se effectum sensibili fervet, ut in igne, & potentialem, qui actu non calefacit, sed
ab

ab extrinseca causa debet excitari ad actualem, & sensibilem effectum caloris producendum, ut in pipere, & calor omnis magis est activus, quam resistitivus, unde parva ignis scintilla licet facile possit extinguï, tamen neglecta valet activitate sua magnum excitare incendium.

CLXXXVI.

Frigus non est mera caloris privatio, ut asseruit Cardanus, quia mera privatio nihil positivè operatur, sed est qualitas positiva partium motum sistens, & impediens per torporem immisum, vel actu, vel potentia, simul congregando homogenea, & etherogenea, & licet calor, in actuale, & potentiale frigus dividitur. Verè habet suam activitatis spheram, licet modicam, quia frigus est magis resistitivum, quam activum, unde deceptus est in suo experimento Anguillonius, qui nullam spheram activitatis frigus habere putavit.

Humiditas etiam est positiva qualitas, qua corpora unionem cum aliis facile acquirunt, & unita facile dividuntur. Licet ut plurimum cum fluiditate sit conjuncta, distinguitur tamen realiter ab ipsa, quæ in partium textura consistit ad motum expedita, propter copiam tenuissimi spiritus subtilissimarum partium intra poros latantium. Dividitur humiditas in macram, seu aqueam, & crassam, seu oleaginosam; primæ calor vi est facile solubilis in vapores, & non inflammabilis; secunda verò difficile solubilis est in vapores, & facile inflammabilis.

CLXXXVIII.

Siccitas oritur à subtilissimo spiritu, vi cujus partes corporis magis inter se coherent, & coarctantur, atque unionem cum aliis effugiunt, sic res humida, dum siccatur, adstringitur in exiguam, & solidiorem molem. Ex hac eadem ferè causa oritur firmitas, quæ eisdem pariter producens effectus, vix à siccitate distinguitur, & fortè nonnisi in quantum soliditatem partium superaddit.

Ha-

Harum qualitarum effectus varii sunt, unde in illis rite explicandis plurima attendenda sunt, nempe gradus virtutis operativæ, conditiones subjecti receptivi, & circumstantiæ operationis, sic metalla durissima corpora, vi calor liquefiunt, quia calor eorum poros subeundo, & humidum internum attenuando partes omnes movet, ac proinde liquefacta fluunt, & non inflammantur ex carentia pabuli ad flammam pascendam, acerrimè tamen adurunt propter suam densitatem: lutum autem induratur calore, quia humiditas aquea ipsius exsiccatur, & partes inde tenaciter coherentes durefcunt: corpora verò solida, quorum humiditas attenuari nequit, & calor intra meatus agitari non liquefiunt, sed eorum plurima, si humiditate aquea abundant calcinantur, aut inflammata in cineres rediguntur.

CXC.

Frigoris, humiditatis, & siccitatis effectus ex variis conditionibus subjectorum innumeris modis variari solent, unde ejusdem,

P 2

qua-



qualitatis vi aliqua corpora corrumpuntur, & aliqua conservantur, aliqua pondere augentur, & aliqua diminuuntur, plurima indurantur, nonnulla mollescunt, & aliae similes effectuum phases fiunt, quæ ita à variis circumstantiis dependent, ut quandoque virtus qualitatis omnino immutari videatur, & effectus sibi contrarios producere, ut cum gypsum aquea humiditate affulum induratur, & plantæ frigore ingenti comburuntur.

CXCI.

Præter quatuor has primas qualitates dantur alia, quæ occultæ vocari solent, quia earum operatio non est nota sensibus, sicuti effectus, & benè vocantur quoque qualitates hæ specificæ, quia non sunt communes cuique corpori, ut primæ qualitates, sed speciales tantum alicui speciei. Provenit autem harum qualitarum operatio ab effluvio quodam subtilissimo spirituum à corporibus dimanantium in subiectum dispositum, ut sunt medicaminum vires, magnetica virtus, electrica, & aliae similes.

Ele-



CXCII.

Elementa principia, quæ mixta componuntur, non plura, aut pauciora, quàm quatuor, eò quod solum quatuor fieri possunt ex primis qualitibus combinationes possibiles, orbem sublunarem sua contrarietate, aut discordia concordia constituunt. Sunt ad invicem activa, & passiva juxta suas qualitates, & constant materia, & forma, sicuti reliqua corpora naturalia. Pura elementa non reperiuntur nisi fortè quoad suam formam substantialem, cum de factò sublunaria cuncta mixta corpora sint ex varia elementorum combinatione.

CXCIII.

Quodlibet elementum in sua puritate consideratum nequit simul omnes qualitates elementares tamquam sibi proprias vindicare propter earum contrarietates, unde cuilibet elemento duplex tantum qualitas assignari solet, ad agendum una, & ad resistendum altera, fiuntque inde inter se symbola, & dissymbola, & benè ponitur Ignis calidus, & siccus, Aer calidus, & humidus, Aqua hu-

mida,



118
mida, & frigida, Terra frigida, & sicca, ut
queant elementa inter se mediatè, vel im-
mediatè uniri ad mixta corpora constituenda,
maximè cum prædictæ qualitates in gra-
du remisso sint, excepta humiditate in aqua,
& calore in igne.

CXCIV.

Licet omnia elementa sint permixta, ta-
men juxta suam naturam, & densitatem lo-
cum peculiarem exigunt, Terra quidem infi-
mum in mundi centro, postea sequitur Aqua,
quæ cum ipsa Terra globum viventibus habi-
tabilem constituit, in quo tamen Aquæ super-
ficies ipsa Terræ superficia universaliter de-
pressior est. Fontes nihilominus ab inferiori
aqua originem habent, quia aliqui meatus
terræ spongiosi habent vim attrahendi aquam
in partibus elatioribus, quæ vis maximè ad-
juvatur calore Solis, & astrorum influxu,
fitque talis attractio simili modo, quo in tu-
bis, seu fistulis hydraulicis.

CXCV.

Præterea cum aqua Maris, utpote salsa,
pon-

119
ponderosior sit aqua dulci depurata, & de-
fecata in visceribus terræ; inde illam ha-
bet elevare supra suam superficiem ad no-
nam ferè partem suæ profunditatis, cum pon-
dus aquæ maris ad aquam dulcem sit, ut octo
ad novem; hinc dato, quod maris profun-
ditas ad novem milliaria perveniat, exinde
aqua supra maris superficiem ad unum mil-
liare per lineam perpendicularem potest
ascendere, & sic magis, vel minus propor-
tionaliter. Aeris autem sphaera usque ad cæ-
lum Lunæ protenditur; Ignis verò nullum
locum proprium habet, nisi ubi accensus
pabulum invenit, & hoc deficiente omnino
perit.

CXCVI.

In mixtis licet quandoque elementa insint
formaliter, quatenus aliqua eorum particu-
læ intra poros incorruptæ conservantur, ut
patet de particulis aquæ, vel aeris, quando-
que manentibus intra gemmas, tamen ex vi
mixture solum virtualiter remanent quoad
suas qualitates contemperatas, unde oritur in
mixtis temperamentum, vel ad pondus, vel
ad justitiam, primum quidem invariabile,
se-

secundum verò infinitis modis variari potest, præcipuè in hominibus, quia alia mixta in suis operationibus à natura sunt determinata ad unum, homo verò qui liberè vivit secundum suam voluntatem, quæ infinitis modis procedere potest, magnam diversitatem habet in suis moribus, à quibus multum complexio dependet.

CXC VII.

Juxta numerum qualitarum in mixtis sensitivis quatuor præcipuè fiunt temperamenta, inter quæ postea alia infinita ex his composita mediare possunt, secundum quod magis, vel minus unum, aut alterum prædominatur. Primum quidem biliosum, & igneum est, in quo prædominatur caliditas, & siccitas. Secundum est sanguineum, & aereum, in quo humiditas, & calor. Tertium slegmaticum, & aqueum, in quo humiditas, & frigiditas. Quartum denique melancolicum, & terreum, in quo frigiditas, & siccitas.

Ex

CXC VIII.

Ex his autem temperamentis jure aliis præstantius à Philosopho reputatur melancolicum, eò quod talis complexio sit magis, quàm aliæ, ad animi magnitudinem, & ingenii acumen, & subtilitatem opportuna. Unde veteres melancoliam dixerunt heroticam complexionem, qua præditos fuisse in armis, & literis celeberrimos viros memorant Historici, ut Herculeum, Alexandrum, Cæsarem, Pompejum, Socratem, Platonem, & alios. Quoad vitæ verò diurnitatem ceteris præstat sanguineum temperamentum, quod promptius, & plenius vitales, & animales functiones reficit, & restaurat.



Q

DE

DE COELO, ET MUNDO.

CXCIX.



UNDUS unica moles non infinita, sed ambitu circulari terminata, Coelum, & elementa, atque substantias omnes, quæ in illis existunt continent, suisque in partibus tali ordine, varietate, & integritate decoratur, ut omnibus numeris absolutus, & perfectus jure meritò dici valeat, prout apertè Sacra Scriptura testari videtur, in ipsius productione universa Dei opera tamquam perfecta commendando, quæ quidem opera non instantaneè, sed ut Moyses describit, sex dierum realium spatio fuerunt ordinata, & creata, temporis illius diurni mensura desumpta non à Sole, sed à motu primi mobilis, quod in primo creationis instanti cepit moveri.

Non

CC.

Non fuisse hoc mundi exordium æstate, aut hyeme, vel autumno, sed veris sub initio congruentius dicitur, quia cum hoc tempore æternus Dei filius carnem humanam assumpserit, & passione sua itidem mortem subierit, convenientissimum videtur asserere eodem tempore Mundum fuisse redemptum, quo fuerat conditus; esto deinde quod alias ob causas nationes variæ diversimodè annorum principium sumerent. Nos autem incipimus à prima die Januarii, tum ex ritu Imperii Romani, tum quia tali tempore sensibiliter Sol incipit ad nos accedere à solstitiali circulo Capricorni ad æquinoctialem circulum vernali revertendo.

CCI.

Quot habeat suæ ætatis annos Mundus, desumi potest, tum ex sacra, tum ex profana historia, non tamen præcisè, propter diversorum terminorum supputationes varias, & assignantur ex textu Hæbraico, & Caldaico, quod fluxerint anni à creatione Mundi 5800. circiter, & secundum textum

Q 2 sep-

124
septuaginta interpretum, quem sequitur Ecclesia Romana in Martyrologio 6900. circiter, unde fabulosa omnino recensenda sunt Sinensium historiae, quae Regum fuorum facta, & seriem à plusquam quadraginta mille annis describunt, cum nequeat Sinensium, aut aliud quodcumque Imperium ipso orbe antiquius esse. Prout nunc est Mundus ex ordinario Dei concursu posset in aeternum durare, semper enim corruptio unius est generatio alterius, ex decreto tamen Divino mutari debet in die extrema Judicii universalis.

CCII.

Caeli constant materia, & forma ab extrinseco incorruptibili, eò quod ibi nulla existat contraria qualitas actualis, quae corruptionem inducat, sed nullo modo Caeli sunt animati, cum nulla in ipsis adsit vitalis operatio. Habent assistentiam motricem, sed etiam ipsi ab intrinseco moventur motu circulari, sicuti gravia mota deorsum, & eorum substantia, neque gravis, neque levis, usque ad firmamentum est fluida, non tamen aquea, sed ad modum tenuissimi aeris;
&

125
& aquae, quae in sacris literis supra Caelos esse memorantur, sunt ipsum Caelum crystallinum juxta doctissimos Commentatores.

CCIII.

Circa dispositionem corporum Caelestium antiquissimum Philolai, & Aristarci Samii sistema à Copernico renovatum reprobumus, sicuti Tyconicum, & aliud quodcumque ex his compositum terrae motum annum, vel diurnum tribuens, eò quod non doceant systemata hujusmodi, quod revera est, sed quod salvis apparentiis dici, vel fingi potest. Ptolemaicum verò admittimus, mutato Veneris, & Mercurii situ, cum hi duo Planetæ circa Solè moveantur, eò quod modo supra, modo infra ipsum appareant, ejusque motu deferantur à disco solari non recedendo, sicuti reliqui Planetæ.

CCIV.

Ex hac mundanorum corporum dispositione benè concluditur contra Copernicanos omnia Caelestia corpora terræ merito inferire, quia licet ad eorum comparisonem, tamquam punctulum haberi possit, at tamen cum

cum in hoc punctulo degat homo substantiis omnibus corporeis longe nobilior, cetera ad illi inferendum jure sunt destinata, non ut inde superbiret, sed ante oculos haberet innumera beneficia, propter quae Creatorem suum cognosceret, & diligeret, totisque viribus, & animo illius mandata coleret certissima spe, ab eodem, qui tot in terris contulit, supra Caelos majora bona adhuc se fore consecuturum.

CCV.

Caelorum regiones, eorumque proprietates diversae per varios circulos, tum majores, tum minores in globo, vel planisphaerio, aut sphaera annillari apte exprimentur, sed certum numerum Stellarum, sive errantium, sive non errantium, nemo haecenus verè definivit. Nonnullarum tamen distantia, & magnitudo respectu terrae etiam physice potest demonstrari, praecipue ex eclipisibus Solis, & Lunae, ex quibus apparet Solem multò majorem esse terrae, & Lunam è contra minorem.

Cir-

CCVI.

Circulorum divisiones, quae in Caelis sunt, proportionaliter globo terrestri adaptantur, atque inde bene deducunt Astronomi, & Philosophi varia in ordine ad tempus anni diversitatem, quoad earum intentionem, & remissionem, brevitatem, vel diuturnitatem, vel replicationem in eodem anno solari. Item locorum omnium longitudinem, & latitudinem, cujuslibet Zona terminos, & proprietates, & climatum, multipliciter cum hoc ordine, ut ab aequinoctiali usque ad polarem circulum sine climata 24, in quibus dies gradatim augeantur per semihoram, & à circulo polari usque ad polum climata sex, quorum differentiae per menses incrementa suscipiant.

CCVII.

Ad globi autem terraeque magnitudinem metiendam hanc methodum ex Archimede ceteris meliorem censemus. Primo cum certum sit per Astronomos totius globi terraeque circumferentiam esse gradus 360., quorum quilibet est millaria geometrica. Ita



italicis communibus correspondentia 60. ; si numerus 360. ducatur in 60. numerus inde resultans 21600. erit ambitus totius Terræ. Secundo si ut 22. ad 7. ita per regulam auream constituatur ambitus 21600. ad alium numerum, qui est 6872. $\frac{7}{22}$ hic erit longitudo totius diametri Terræ. Tertiò si multiplicetur idem ambitus Terræ 21600. per diametrum inventum 6872. $\frac{7}{22}$ numerus inde proveniens 148530909. erit tota superficies convexa Terræ. Quarto si totius superficiei tertia pars, quæ est 49510303. ducatur in Terræ semidiametrum, qui est 3436. $\frac{2}{3}$ numerus inde productus 170135404854. totius globi terraquei soliditatem ostendit.

CCVIII.

Sydera omnia corpora incorruptibilia, spherica, solida, lucida, & opaca ex variis congruentiis rite ponuntur; virtute tamen, & magnitudine inter se demonstrantur inæqualia, & diversa, tam loquendo de fixis Syderibus, quæ inter se eandem semper distantiam servant, quàm de Planetis errantibus, & eorum satellitibus ex varia situs diversitate varios aspectus efficientibus.

Sol



CCIX.

Sol Planetarum Princeps propria luce ab intrinseco splendet, aliisque Planetis fulgorem extrinsecum tribuit solum quoad diametram partem illam, quæ ab ipso conspicitur: unde solum respectu terræ in Planetis lucis incrementa, & decrementa fiunt, cum revera ferè semper æqualiter illuminentur, vel tunc magis illuminentur Planetæ à Sole, quando nobis videntur minus illuminati, & è contra minus illuminentur, quando magis illuminati apparent; sed Luna aliquando luce omnino destituitur, ut in sua magna eclypsi.

CCX.

Sydera autem fixa lucem non à Sole, sed ab intrinseco habent, & per se ad extra diffundunt, & scintillant, quæ quidem scintillatio fulguritans evidens est signum propriæ lucis, non aliunde mutuata, sed internè è proprio, plenoque sinu redundantis, unde si terræ propinquiora essent, illam quasi tot Soles illuminarent. Dividuntur in sex classes ab Astronomis secundum majorem, aut minorem lucem, & molem, & ex his

R

mi-



130
minimum sydus, quod possit oculis conspici globi terraquei magnitudinem superat.

CCXI.

Universali Cœlestium corporum activitati subordinantur cuncta sublunaria materialia, eò quod sit convenientissimum corpora inferiora per superiora gubernari, unde ex eorum aspectu temporum varietates constituentur, indeque prænunciari possunt in genere pluviz, siccitates, morbi, & similia, sed singularia, aut quæ fortuito contingunt, vel à libera voluntate dependent præfigere velle, delirium est, hinc omnino proferibenda est omnis judiciariorum doctrina.

CCXII.

In aeris regionibus fiunt varia meteora ex vaporibus, & exhalationibus provenientia, & quidem in supremo aere pro variis dispositionibus exhalationum ignes sub variis figuris apparent, inter quos causa, duratione, & effectibus insignis est Cometa, quasi Stella comata sic dictus. Causari, seu gigni solet Cometa ex congerie vaporum, & exhalationum

131
lationum activitate astrorum accensa, quando præcipue dominatur astrum calidum, & siccum; unde peritissimi Astronomi, quales erant veteres Caldæi, & Arabes, eorum ortum, & phases prædicebant. Durare solent Comete magis, & minus, prout major, & minor est copia materiz congesta, veluti pabulum delervientis.

CCXIII.

Quantum ad effectum, seu significationem Cometarum, licet aliqui contendant nihil significare, aut causare, hoc tamen ineptè dici videtur supposita duratione plurium dierum, quia cum nutriantur exhalatione pingui, & viscosa, dissipatur multa substantia, quæ terram sæcundaret, indeque oritur sterilitas, & frugum penuria. Præterea tali ab incendio oriuntur sæpe venti impetuosi, quibus cientur tempestates, unde incommoda, & damna, & denique quando partes crassiores, & impuriore remanent, aerem insciunt, unde morbi, & pestilentie in brutis præcipue, aut corporum temperamta perturbantur, & inde facile rixæ, contentiones, & bella inter homines exci-

R 2 tan-



132
tantur. Et contra verò si congestæ exhalationes malignantis essent naturæ, ut aliquando contingit, contrarios tunc effectus, & felicitatem Cometa ex illorum dissipatione portenderet.

CCXIV.

Media regionis partus sunt vapores, & exhalationes coactæ intra nubes, & tunc fit fulgetrum, quando exhalatio calida, & sicca igne concepto in extremitate vaporis emicat, eademque dicitur tonitru, quando intra vapores inclusa vehementi cum impetu accensa nubem dirumpit, & fulmen vocatur, quando exhalatio magis viscosa, & pinguis alit flammam conceptam, quæ huc, illuc defertur impetu suo in objecta defæviens, ea, in quæ offendit dissipando, pro suæ naturæ varietate, & conditiones subjectorum, in quæ impingit.

CCXV.

Quando autem exhalationes terrestres valde condensatæ sunt, & minus ignis capaces, in lapidem coeunt, qui ad modum cunei ex motu



133
motu coagmentatus obvia quæque, vel durissima perforat, & prostermit; quando verò exhalatio est purè sulphurea, bituminosa, & nitrosa, tunc sola flamma defertur, quandoque maximæ activitatis, quandoque nullius in comburendo: nam si materia sit subtilis, atque tenuis, corporibus rarioribus illæsis, densa consumit, si è contra sicca sit, & densa, tunc illæsis durioribus, tenuiora corpora absument, & dissolvit.

CCXVI.

Ex eadem ferè materia, sed leviori sunt alia meteora in secunda, & tertia regione aeris, sed potius lucida solùm, quàm ignea, ut ignes lambentes, volatiles, fatui, & alii similes, magis minutè durantes juxta copiam exhalationis, & sunt etiam diurno tempore, sed propter lucis tenuitatem solùm inter tenebras visibiles, nisi viscosa materia lucem valde addenset, unde conspici queant, ut Castor, Pollux, & Hælena.

CCXVII.

In tertia item regione aeris aliqua inspicuntur



134
ciuntur meteora, quæ in sola apparentia
consistunt, fiuntque non reali mutatione
exhalationis, & vaporis, sed solum ex va-
ria mutatione figuræ, aut ex motu locali,
vel lucis reflexione, ut iris, parelia, vorago,
virgæ, coronæ, &c., & aliquando prodigio-
sæ figuræ apparent, ut ante Hierosolymæ
everisionem, quæ tamen potius quàm natu-
ræ effectus, monita supremi Numinis pos-
sunt censerî.

CCXVIII.

Nubes est vapor aqueus ad mediâ regio-
nem evectus, ubi ex densatione ad pristinam
gravitatem redactus in pluviam deci-
dit. Si verò frigore accedente dure scat, fit
grando ex mixtione verò teporis, & exha-
lationis, antequam liquecat in pluviam, con-
crescit in nivem. Quod si vapor non longè
à terra clevetur frigore nocturno moderato
in rorem, exuperanti verò frigore in pru-
nam convertitur: & si contingat rorem be-
nignioribus exhalationibus misceri, fit man-
na, & mel ab Apibus collectum, non factum.

Ven-

CCXIX.

135
Ventus est aeris agitatio proveniens ab exha-
latione circa terram astrorum impulsu com-
mota, & nomen sortitur ferè à regione, à
qua incipit talis agitatio, & affectiones ha-
bere solet juxta regiones, per quas transit,
unde septentrionales venti nobis sunt frigi-
di, & meridionales calidi. Indeque marini,
ut plurimum sunt pluviosi, terreitres sereni.
Procellosi autem sunt ex vehemènti pugna,
& antiperistasi vaporum, ut Ecnephias,
Tiphos, & Præster.

CCXX.

Motus Maris generalis continuus ab Orien-
te in Occidentem provenit à generali Cœ-
lorum influxu, & motu, interruptus verò,
& specialis à varia ventorum agitatione.
Fluxus, & refluxus periodi præcipuè depen-
dent à Luna, cujus motum sequuntur, cum
singulis diebus una hora circiter tardiùs flue-
re incipiat Mare ibi, ubi est aptum ad talem
impressionem motus recipiendam. Salsedo
non provenit à motu, vel aduotione Solis,
sed ex particulis salis, eò quod experientia
com-

136
compertum sit, in fundo Maris multas esse
salis fodinas salum humorem submini-
strantes.

CCXXI.

Fontes, & flumina præter hoc, quod à
vaporibus resolutis in pluviam, originem
continuatam habent à Mari, quatenus aqua
intra viscera terræ depurata, & salis parti-
culis exuta fit levior, & pressione gravitatis
aquæ Maris, ascendere valet supra Maris
superficiem ad octavam ferè partem pro-
funditatis ejusdem, juxta proportionem reci-
procam ponderis ipsarum, ut octo ad novem.
Sapores verò diversi, qui aliquibus aquis
insunt, proveniunt à locis, per quæ tran-
seunt.

CCXXII.

Terremotus causari solet à ventis, vel
exhalationibus intra Terræ sinum inclusis,
& insigniter rarefactis, hinc, inde exitum
quærentibus, unde irruptione facta per ma-
gnos hiatus, integræ Urbes, & Montes quan-
doque absorbentur, & ingenti tremore con-
cussæ

137
culæ Provincie, magnam patiuntur zdisi-
cium ruinam. Causari idem valet ex
ignibus subterraneis, dum intra viscera Ter-
ræ accenduntur, & ad instar pulveris tor-
mentarii in cuniculis excepti erumpunt,
flumen igneum torrentis ad modum quando-
que eructando,

CCXXIII.

Causantur autem hujusmodi incendia sub-
terranea ex materia sulphurea, & bitumi-
nosa intra viscera Terræ genita, & collecta,
deinde per antiperistatim, & pugnam qua-
litate, virtutemque syderum accensa, aut
accidentaliter ex aliquo fulmine ibi cadente,
ut aliquando contigisse memoratur, solent
que durare hæc incendia magis, aut minus,
secundum materię exuberantiam, vel par-
citatem, qua absorpta desinunt, nonnisi
post novi pabuli aggenerationem reditura.

CCXXIV.

Præter hos ignes sunt, & alii reperti in
cavernis subterraneis ab hominibus positi,
qui per longissima tempora durarunt, sed

S

vix



vix conspecti, extincti sunt, qui quidem ignes, aut lucernæ inextinguibiles non ope Demonis, sed humano artificio conditæ erant ex tali materia oleaginosa, pingui, & viscosa, ut ab ipsa flamma ulteriori pabulo non avida nunquam evolveret, nisi violenta aeris agitatione separaretur.

CCXXV.

Alia item mixta magis perfecta, quam meteora in terra, & aqua fiunt, ex quibus terrea communiter mineralia dicuntur, in tres classes divisa, nempe Lapides, Fossilia, & Metalla. Fiunt lapides ex habitu viscoso, & sicco, cum humido terreo coagulato, & consolidato, eorumque varia sunt genera, & virtutes innumeræ. Qui pretiosi habentur, non ex qualibet materia, ut lapides communes coalescunt, sed ex purissima substantia per longas, & exquisitas naturæ præparationes, & præcipuè Cælorum, & syderum influxu digesta in limpidissimum fluorem, quo indurato fit lapis lucidus, diaphanus, pulcherrimisq; coloribus adumbratus.

Co-



CCXXVI.

Corallium non est lapis, sed planta crescens in maris fundo, ubi mollis quidem, & flexibilis est, sed extracta ab aquis lapideam duritiem contrahit, ut etiam contingit de aliis item plantis intra mare nascentibus. Hujus autem effectus mirabilis causa videtur esse, quia humor viscosus harum plantarum, aqua circumambiente, non valet consolidare partes materiæ, quæ postea in aerem, dum aqua siccatur, & viscosus humor coagulatur, tunc indurantur. Terrestris etiam plantæ, & animalium membra, quandoque similem duritiem contrahunt, quando nempe desiccantur, & proprio destituuntur humore, atque alio postea viscoso lapidifico imbuuntur.

CCXXVII.

Fossilia fiunt præcipuè ex vapore humido, & sicco terreo, speciali virtute Cælorum, & syderum in unum coagmentatis, dividunturque in varias, & innumeras species mixtorum, tum quoad colores, tum quoad sales, tum quoad succos: quæ quidem

S 2

mixta



140
mixta fossilia fieri possunt quoque ab arte,
sed notæ semper deterioris erunt, licet non
sit negandum in aliquo usu, & curandis præ-
cipue morbis esse posse utiliora.

CCXXVIII.

Mineralia etiam metallica originem ha-
bent ex vapore humido, & sicco terreo, sed
puriori ex activitate præcipue siderum.
Magis participant metalla de humido coa-
gulato, quam de sicco terrestri, indeque ca-
lore molliuntur, aut liquefunt, quod non
contingit in lapidibus potius in cineres mo-
dico humido ex calore consumpto abeunti-
bus. Circa metallorum formationem illud
idem, quod Philosophi vaporem humidum,
Chymici mercurium; & quod illi siccum
terreum, hi sulphur vocant; unde Philoso-
phicam sententiam cum mente Chymico-
rum facile est componere, sed illorum arti-
ficialem operationem cum naturali opificio
conciliare hoc opus, hic labor est.

DE

141

DE ANIMA.

CCXXIX.



NIMÆ viventis essentia ni-
hil dignum assignarunt, qui-
cumque naturam ipsius per
res inanimatas explicaverunt,
vel per elementorum mixtio-
nem, vel numerorum ordi-
nem, vel harmoniam qualitatuum, vel ato-
morum dispositionem, vel motum mecha-
nicum simpliciter, cum dignitas ejus longe
præstantior sit hisce rebus, quæ potius esse-
ctus, quam principium motus à Philosopho
rite judicantur, eò quod ex jam motis resul-
tent. Non tamen adeo altè subvehenda est
natura animæ, ut divinitatis portio sine pro-
ductione communicata cum Epicteto, & ali-
quibus Platonicis censeri debeat.

CCXXX.

Est itaque Anima vivens substantia reali-
ter producta, primò, & principaliter actvans
cor-

corpus organicum, vel per dependentiam, vel per unionem, & habet ex natura sua hoc proprium supra inanimata, quod non à generante moveatur, sed ipsa sese ab intrinseco moveat ad aliquam perfectionem in primo instanti lux productionis non debitam, unde ab illa procedunt operationes omnes vitales, quibus viventia in actu secundo existunt, vivunt, & moventur, sive vegetabilia sint, sive sensitiva, sive intellectiva.

CCXXXI

Omnes animas unius, ejusdemque generis, & speciei esse inepte censuerunt aliqui veteres cum Epicarmo, quem turpiter Manichei sequuti sunt rationalem animam cunctis viventibus tribuendo. Tot enimverò esse species animarum diversas fateri oportet, quot sunt operationes diversæ supra naturam inanimatorum excellentes. Has autem tres esse cum evidentè appareat, eò quod, vel operatio animæ totam naturam inanimatorum excedit, etiam prout materiale, & sic poni debet primus gradus animæ rationalis, vel non excedit totam, sed

ma-

materialitatem involvit, aliquo tamen modo depuratum, & excellentem supra operationes insensibilium per sensationem, & sic habetur alter gradus animæ sensitivæ, vel sic operatio pure materialis, sed procedens à principio vitali intrinseco, & sic ultimus gradus animæ vegetativæ constituitur.

CCXXXII

Unica tantum est anima ratione compositionis substantialis in quolibet vivente, superior verò inferioris in se perfectiones continet; unde in eodem vivente, licet non plures animæ, plures tamen modi vivendi reperiri queunt, qui quidem aliquando in una, eademque parte simul omnes, in alia verò singuli tantum inexistunt, secundum exigentiam superioris animæ informantis, prout à subjecti dispositionibus, & organizationibus dependet.

CCXXXIII

Ipsæ autem organizationes, seu partes viventis suas formas partiales habent formæ totali, seu animæ subordinatas, unde anima

recc-



recedente evadunt ipsæ principales, acquirendo propriam, & ultimam actualitatem substantialem. Hujusmodi autem rei potissimum, & sufficiens argumentum esse videtur diversitas ferè totalis accidentium, quæ specialiter à qualibet parte viventis exiguntur: atque inde nulla est necessitas admittendi formam cadavericam ad supplendam formam viventis, absque ullo motus vestigio per mare, per terras assiduè perambulantem.

CCXXXIV.

Qualibet anima, excepta rationali, materialis est, & divisibilis, quia in corpore, tamquam in subiecto inhaesionis sibi proportionato, realiter extenditur. Et licet aliquæ animæ sensitivæ perfectiores divisæ non amplius vivant, non ideo evincitur indivisibile esse indivisibilitate partium, sed vitæ, quæ cum principaliter in corde, & cerebro resideat, partes ab his divisæ, non amplius vivere queunt. In imperfectioribus vero animalibus, & plantis cum resideat anima in humore per totum corpus diffuso, partes eorum dissectæ vivere possunt adhuc, quousque,



usque, vel nutritione, vel ejus effectu fovetur, & reficiuntur.

CCXXXV.

Nulla anima per medium vitale animatum, ut voluit Sennertus, à generante propagatur, sed omnes animæ viventium, positæ præviis dispositionibus, de novo producuntur, vel per educationem, vel per creationem, tardiùs quidem, vel citiùs post primam subiecti præparationem, secundum quod per varias dispositionum alterationes gradatim pervenitur ad formam debitam substantialem viventem, tam in homine, quam in aliis viventibus ex æquo naturæ ordine ab imperfecto, ad imperfectum tendentis.

CCXXXVI.

Licet in viventibus partes omnes per operationem vitalem efformentur, non proinde tamen omnes æqualiter vivunt, sed aliquæ nullo vitæ munere sunt præditæ, ut sudor, semen, lachrymæ, & aliæ partes excrementitiæ, tam in plantis, quam animalibus, in quibus insuper aliquæ partes vitam vegetativam,



tivam, aliqua sensitivam non excedunt, & vita rationali in homine donantur solum cor, & cerebrum.

CCXXXVII.

Potentia animæ, sive dicantur ab ipsa distingui, sive non, ipsam non excludunt ab hoc, quod immediate influat in suas operationes vitales, quæ tribui debent immediate principio per se formaliter viventi, quale est anima, cui præterea competunt actus vitales tamquam motus proprii, maxime quoad liberam determinationem in anima rationali. Ipsæ autem potentia revera ab anima realiter non distinguuntur, cum realiter sint ipsa met animæ substantia, quæ secundum sui operis officia variis nominibus nuncupatur.

CCXXXVIII.

Animæ vegetativæ facultates præcipuæ sunt nutritio, augmentatio, & generatio, quibus tamquam famulatrices accedunt attractio, concoctio, retentio, & expulsio. Perficitur vegetabilium nutritio non aqua pura, sed vario humore pingui, & succo mixto, quo

quo partes plantæ à Solis calore dilatata implentur, & Sole recedente contracta, illud alimentum in propriam substantiam convertendo, augmentantur. Non tamen quælibet planta quamlibet humoris particulam haurit, sed illam solum, quæ suæ conditioni est homogœna; inde aliqua plantæ aliarum propinquitate adjuvantur, & aliarum læduntur, quia nimirum aliqua humorem aptum nutritioni alterius devorant, aliqua verò illum intactum relinquunt alium hauriendo, qui alterius fortasse fecunditati obnoxius erat, unde propinquam fovere videntur.

CCXXXIX.

Generatio autem, seu propagatio plantarum triplici via fieri potest: prima quidem via ex terræ spontanea fecunditate ipsi à Deo concessa, & adjuvata dispositionibus, ac temperamento primarum qualitatum, & Cælorum influxu: secunda ex semine à plantis relicto, quod excitatum exteriori humore, & calore exuberat in germen, & plantam: tertia denique via, ubi semen præcipue deficit, generatio fit radicum, vel partium pululatione, cum naturæ providentia, quod ex

una parte deest, ex alia suppleverit. Majus autem incrementum habent plantæ, quam animalia in sua augmentatione, quia in plantis se habet incrementum ad modum finis, cum nihil ulterius efficere debeant spiritus vitales: In animalibus verò augmentum se habet per modum medii, quia adhuc ipsa tendunt in nobiliores operationes, ut sensationes, & motus locales, quibus magna spirituum copia exercetur, & exhauritur.

CCXL.

Vegetabilium species ferè innumera sunt, genericè autem benè dividuntur in imperfecta, & perfecta. Primi generis ea omnia vegetabilia sunt, quæ radicibus, vel germine carent, ut omnia fungosa, atque tubera, & ea, quæ Parasitorum ad instar absque radice aliis plantis innascuntur. Secundi generis verò sunt ea, quæ radices, & germen habent, sive ex foliis, sive ex caulibus, sive ex trunco, & hæc ritè subdividuntur in arbores, fructices, & herbas. Longiorem autem vitam habent aliqua vegetabilia, quam animalia, quia licèt minori calore naturali, & humido radicali abundant; attamen corruptioni mi-


minus sunt obnoxia ea vegetabilia, quæ solida, & duriori substantia compacta, ut olea, quercus, cedrus, &c. nulla ferè pugna in coquendo, ac digerendo alimento, & motu locali exercendo debilitantur, ut in animalibus contingit; unde per plura sæcula talia vegetabilia durare queunt, ut præcipuè de Cedris Libani probati scriptores referunt.

CCXLI.

Habent etiam vegetabilia singula varias virtutes, & proprietates, tum specificas, tum elementares, vel in gradu excellentissimo quoad actualitatem virtuales, benè applicando activa passivis: unde animalibus mirum in modum inserviunt vegetabilia quoad alimentum, medicamen, indumentum, & domicilium. In quibus autem suas vires potenter exerunt vegetabilia, superant ipsas qualitates elementares quoad effectum, licèt non quoad passibilem sensus applicationem.

CCXLII.


Sensitive animæ potentia præter vegetationem, sunt virtus loco motiva, appetitio, &



150
& sensatio, quæ præter motum elicitum animæ, dicit impressionem factam ab objecto per qualitatem sensibilem reppresentativam ipsius objecti, juxta organum, & exigentiam diversarum sensationum, Visus, Auditus, Gustus, Odoratus, ac Tactus. Unde nugæ narrare videntur aequaliter, qui animas brutorum rationales dicunt, ac ii, qui ipsas non sentientes faciunt, asserendo animalia esse opera automata, non agentia ex appetitione, & proprio motu ab intrinseco, vitali juxta varias potentiarum affectiones elicitæ.

CCXLIII.

Quælibet autem potentia sensitiva simul activa est, & passiva, sensationem eliciendo simul cum objecto sensibili concurrente suis propriis speciebus, quod quidem objectum, ut sensibile sit, debet esse primò ens reale, unde à sensatione excluduntur entia ficta per intellectum, ut negationes, privationes, &c. Secundò materiale, & corporeum, & sic per sensum discerni non potest verè indivisibile, & merè spirituale. Tertio singulare, & sic universalia sub sensum non cadunt. Quarto accidentale, & sic substantia sensibilis non est,



151
est, nisi per accidentia, quæ prout cuilibet sensui propria, ejusdem sunt motiva.

CCXLIV.

Ad visionem efficiendam non vibrat oculus radios revertentes ad ipsum cum imagine objecti, sed ab objecto ipso species visibiles in medium aptum diffunduntur in oculum impingentes. Sunt autem hæ species non atomi, aut corpuscula, vel subtilissima substantiæ, sed qualitates accidentales contrariò carentes, ideoque instantaneè emissæ, & propagatæ ad modum radiorum corporis lucidi, in omnem partem rectis lineis totum objectum diffundendo indivisibiliter, eò quod quælibet pars in toto spatio, speciem sui representet, ordinatè postea cum aliis totum objectum ubique exprimendo.

CCXLV.

Visus objectum proprium benè assignatur lumen, & color: est autem lumen forma accidentalis per medium diaphanum diffusa instantaneè, & indivisibiliter, in quantum, quælibet pars lucidi in omnem partem rectis lineis

lineis agit, atque decrescit intra dictam sphaeram in proportione duplicata distantia; unde supradictis partibus aequalibus spatii, si in primo spatio sphaerae erit lumen ut 1. in secundo erit $\frac{1}{2}$, in tertio spatio erit $\frac{1}{4}$, & sic deinceps ex data qualibet distantia, ad quam quis legere poterat adhibito uno luminoso, assignari poterit alia distantia, ad quam legere poterit accensus duobus luminibus aequalibus tamen, aut pluribus. A lumine, & umbra realiter non differunt colores apparentes, motu, & refractione lucis non uniformes: sed qui semper uniformes à lumine, & umbra realiter distinguuntur, cum sint qualitates positivae ex qualitatum mixtione orta, & actu moventes diaphanum medium beneficio luminis, quod licet aliquando valeat coloratam superficiem alterare, rursus tamen pristinus color recuperatur.

CCXLVI.

Visionis organum est oculus figura quasi sphaericus, constans tribus humoribus, & quinque tunicis è nervo optico tamquam stipite nascentibus. Per ipsum autem nervum opticum cerebro continuatum deferuntur ad

ocu-

oculum spiritus animales, & ab oculo ad cerebrum species visibiles. Non inde tamen fit visio in ipso nervo optico, neque in humore cristallino, sed in retina, in qua recipiuntur, & exprimuntur objectorum species refractae in humore cristallino, ubi est basis, tam exterioris, quam interioris coni optici, ex cujus angulo majori, vel minori, majora, aut minora objecta apparent.

CCXLVII.

In oculis senum, qui visionis defectu Presbytae vocantur, quia ex ariditate cristallinus humor fit planior, angulus coni interioris incidit in retinam, antequam pennisilli uniantur in puncto optico ad exprimendam imaginem objecti, quae idcirco confusa apparet, & quia objecta, quo remotiora, eo citius uniantur in cono interiori, inde melius, & perfectius proportione servata vident remotiora propinquiorebus, & suppletur talis defectus vitrea lente proportionaliter convexa.

V

Sunt

CCXLVIII.

Sunt qui contrario laborant oculorum defectu, & Myopes vocantur, in quibus nempe vel junioribus ex abundantia humoris ita turgēt cristallinus humor, ut fiat rotundior, unde pennicilli ununtur ad punctum opticum constituendum, antequam in retinam incidant, & sic objecta remota, quæ citius ununt radios suos, magis confusa videntur propinquieribus, & talis defectus vitrea lente suppletur proportionaliter concava.

CCXLIX.

Rerum distantia non tam ab oculo, quam à vi imaginatrice definitur, quæ ut plurimum res indicat proximas, cum inter eas nullum corpus visibile jacet. Hoc autem, iudicium multum pendet, vel duce natura, vel experimentalis assuetudine à rei diminutione, & ab eo, quod rei color sit clarus, vel obscurus, & confusus, nam clara, & distincta objecta propinquiora censentur, obscura verò, & confusa remotiora, unde periti pictores remotiora objecta non solum mole-

dimi-

diminuta, sed etiam obscuris, & confusis coloribus adumbrare solent.

CCL.

Auditus ad scientias acquirendas maximè intervians, habet pro objecto sonum, qui est qualitas orta ex corporum collisione cum impetu, & fractione aeris, aut alterius corporis fluidi, & facile commovibilis intercepti, per quod non intentionaliter, sed realiter, & successivè uniformiter, difformiterque propagatur in directum, nisi in obstaculum impingat, à cuius cavitate repercutiatur, & fiat resonantia, quæ dici solet Echo. Sonus autem perceptio per auditum fit in membrana spiritu animato repleta, propè timpanum in labyrinthica auris cavitate nervis auditoriis copulata.

CCLI.

Olfactus objectum est odor consistens in effluvio, seu exhalatione particularum à corporibus emissarum per qualitatem passibilem ex mixtione siccæ, & humidæ, sitque Olfactus sensatio ex affectione duorum tubercu-

V 2 lo-

lorum existentium in summitate narium, qui mamillarum similitudine processus mamillares dicuntur, in his enim vapores odori à corporibus emissi recipiuntur, & si nimio humore hi infarciuntur, olfactus vitatur.

CCLII.

Gustativa facultas saporum perceptiva cunctis animalibus à natura concessa ob nutritionem promovendam, perficiendamque, licet principaliter in lingua resideat, extenditur quoque tamen ad fauces, per quas in filamenta diversa gustatorius nervus propagatur; oriuntur autem sapor ex varia qualitatum mixtione, humido tamen prædominante, & gustum non per species, sed per se ipsum immediate afficiente.

CCLIII.

Tactus sensatio omnium imperfectissima, sed præ cunctis magis necessaria, per totum corpus diffunditur: attamen in nervis ejus vis adest excellentior, quam in aliis partibus; & ejus objectum sunt qualitates passibiles

les, in varias contrarietates divisa, ut plurimum exuperantes, ad motum sensibilem efficiendum, tam prout sunt in elementis, quam in mixtis; aliter sensatio perfecta non fieret, si tactus, & tangibile inter se forent æqualia.

CCLIV.

A' sensibus autem exterioribus per nervos sensorios deferuntur species objectorum ad sensum internum communem, qui sibi imaginem objecti efformat, eamque conservat secundum varias operationes animæ circa ipsam imaginem, seu speciem objecti, & dividitur in partem imaginativam, æstimativam, fantasticeam, & memorativam, ex quibus postea oritur appetitus sensitivus.

CCLV.

Est autem appetitus sensitivus vitalis impulsus, quo anima sese movet ex iis, quæ per sensum apprehendit ad fugiendum, vel prosequendum objectum, prout bonum, vel malum proponitur, & inde variæ exurgunt in anima commotiones, seu passiones, tam

in



in parte irascibili, quam concupiscibili, ex quibus ingens copia spirituum toto corpori suppeditatur, ut agilius reddatur, & magis alacre fiat ad omnia munia exequenda, quam alias solebat, ad passionem conceptam expleendam.

CCLVI.

Motus localis in animali fit ex eo, quod in partem se moventem transmittantur à cerebro per propaginem nervorum spiritus animales, qui non diffunduntur motu successivo, sed instantaneo per continuationem, & consensum partium ad instar illuminationis, indeque benè talis diffusio ab aliquibus cum Galeno dicitur irradiatio. Hi autem spiritus juxta libitum animæ illos diffundentis dant musculis contrahi, aut dilari, prout opus est ad motum ab appetitu, vel ratione volitum causandum.

CCLVII.

Varie autem sunt species motus localis in animalibus, & primò quidem loquendo de ipsa statione, quæ per eandem virtutem loco

mo-



motivam firmatur, & sine qua motus ipse localis animalium peragi nequit, fit in omnibus corporibus mobilibus hæc statio, ex eo quod linea gravitationis, seu innixionis à centro gravitatis extensa ad pavementum, intra spatium contactus perpendicularis sit ad horizontem, sin secus, ruit corpus ad partem, versus quam talis linea pendet. Stationem, hanc igitur animalia erecta pedibus firmant, corpus suum tali directione æquilibrando, quod si ab illa recedant, possunt in principio ruinam impedire, animalistica vi caput, aut aliam quamlibet partem oppositam ruenti celerrimè flectendo; itaut centrum gravitatis intra lineam prædictam reducatur.

CCLVIII.

Per incessum, seu gressum moventur de loco ad locum successivè animalia pedibus alternis lineam propensionis transferendo, in gressu quidem bipedum non per lineam omnino rectam, sed aliquantulum obliquam, seu tortuosam, eò quod innixio modò firmetur ad latus dextrum, modò ad sinistrum. In gressu verò quadrupedum per lineam omnino rectam gradatio fieri potest, quia

biou

non



non ut vulgus erroneè putat, moventur, aut quiescunt ordinatim simul duo pedes anticus dexter cum sinistro postico, sed unicus tantùm movetur, reliquis tribus firmis manentibus, & incipit gressus ab uno pede postico, qui sinister immediatè anteriorem sinistram promovet, dum quiescit: deinde aliorum pedum lateris alterius dextri eodem ordine procedit impulsus, & ita, continuatur gressus quadrupedum, eodemque proportionali ordine reliquorum ultrò multipedum gressus promovetur.

CCLIX.

Non solum gradiendo, sed etiam saltando, animalia localiter moventur; fit autem saltus per impetum projectivum corporis à musculis impresso, dum pedum articuli terræ innixi explicantur, impelluntque sursum totum corpus, vel per lineam perpendiculararem, vel parabolicam, ut in motu projectorum contingit. Quò animalis crura longiora sunt, majores, velocioreque fiunt saltus, juxta proportionem molis corporeæ majoris, vel minoris, magisve, minusve ponderosa: augetur item saltationis impetus quoad

quoad longitudinem, & altitudinem ex cursu præcedente. Hoc idem verificatur in reptilibus, licet pedibus careant; nam spina hinc inde tortuosè inflexa æquivaleret articularis pedum, & à musculis plicas extendentibus, saltus erigitur.

CCLIX.

Ex frequentibus in aere saltibus repetitis motus compositus est avium volatus, in quo mirabilis valde natura solertia observatur, dum pennas alarum ita efformavit, ut leviter, fortiterque simul ad instar arcus resilientes talem aeri percussionem possent inferre, ut licet fluidus resisteret, non secus, ac solidum corpus, unde avis iterato impulsu, seu alarum remigio posset ultrò suum cursum producere. Præterea, ad validissimum ictum, & motum efficiendum, ut in volatu requiritur, præter alarum compactissimam structuram, avibus pectorales musculos dedit natura vastissimos; unde eorum potentia plusquam decies millies excedit pondus avis volantis, ratione evidentè deducta ex vi muscularum impulsiva aliorum animalium, & hominis præcipuè: inde impossibile est

X ho-

hominem propriis viribus artificiosè posse volare, nisi per Icarium fabulam.

CCLXI.

Species quædam volatus videtur animalium natatus in medio quoque fluvido factus, sed longè minoris excellentiæ, quia per simplicem motum absolvitur, sed volatus insuper grave corpus in medio levissimo suspensum tenet. Quæ natant itaque animalia, cum sint ejusdem ferè gravitatis in specie cum aqua, modica vi intra ipsam densitate sua impulsui resistentem quolibet in situ valent quiescere, aut moveri, & sic vel sola, vel cum pinnis extremitate caudæ musculorum vi commota, sursum, deorsum, lateraliter prout libet facillè incedunt. Si tamen velocissimo cursu velint aquam findere, avium duplicatam ferè vim motivam habent, & exercent, ut constat ex eorum musculis, & fibris, quibus in majori copia ipsi pisces, quam aves abundant.

CCLXII.

Quæ aeris respiratione indigent animalia, non

non intra, ut pisces, nisi ad modicum tempus, sed supra aquas naturæ instinctu natate possunt, homine excepto, quia bruta animalia habent caput levissimum respectu aliarum partium, unde partes inferiores ad instar penduli in aqua spontè deprimuntur, & os, cum naribus eminent supra aquæ superficiem respirationem exercet, & sic impetu elicitò natate valent. Hominis verò caput gravissimum respectu aliarum partium, cum nequeat juxta leges Hydrostaticæ vi aquæ elevari, sed magis deprimi debeat, respiratione aeris impedita, naturæ ordine hominem suffocari est necesse. Artis tamen, & ingenii præsidio fieri potest congrua capitis erectio, ut os, & nares super aquam extent, ipsi lateraliter innitendo manibus, & pedibus, alternatimque eandem percutiendo, ut in tali erecto situ æquilibratio conserveatur.

CCLXIII.

Triplici de causa homines ab initio in aquam demerguntur. Primò ob casum, quia sicuti omnia corpora minus gravia in specie, quam aqua dum cadunt, non quiescunt

X 2 in

in ea, donec post varios ascensus, & descensus fiat æquilibrium: ita homines intra aquam ex primo lapsus impetu demerguntur. Secunda causa immersionis est inordinata, & impropria manuum, & pedum commotio, quæ præcipitum intra aquam adauget. Tertia denique est incrementum gravitatis, quod fit ab homine incauto aerem expirante, & ejus loco aquam hauriente. Ascensus postea, & descensus reiterati contingunt eadem necessitate, qua lignum plus justo demersum, ascensum, & descensum repetit.

CCLXIV.

Postquam verò expulso omnino aere spiritus vitalis suffocatus est, & pectus aqua repletum, homo, tunc specie gravior ipsa aqua factus, in fundo lapidis ad instar manet, usquequo humores, qui in fibris, musculis, nervis, venis, & intestinis continentur fermentati, & putrefacti in flatu, & aereos vapores resolvantur, & inde post dies aliquot corpus inflatum minus grave, quàm aqua redditum, debet ad supremam aquæ superficiem, juxta leges Hydrostaticæ ascendere.

Respi-

CCLXV.

Respiratio animalibus concessa est tamquam refrigerium, ne in motu locali, & aliis sensuum operationibus ex agitatione defatigati, variisque fuliginibus repleti spiritus, & calor naturalis suffocarentur, non secus, ac flamma lanternæ spiraculo destituta. Tale refrigerium datur animalibus extra aquam viventibus beneficio aeris à pulmonibus attracti, & iis, quæ in aqua sine pulmonibus vivunt, datur ejusdem aquæ beneficio à branchiis hausta. Pisces autem pulmonibus præditi in aqua, & extra aquam vivunt, eò quod refrigerium undique habeant.

CCLXVI.

Somnus, & vigilia sunt in animalibus à natura inducta, ut vicissitudine operis, & quietis magis conservarentur. Est autem somnus immobilis sensus, eò quod spiritus in cerebro, & aliis nervis residentes exercitio suo suspendantur beneficio expansionis cujusdam vaporis, qui cerebrum, & nervos hu-

166
meftando impedit spirituum vias , eorum-
rumque fulgorem , leu activitatem torpore
corripit, atque devincit, donec dissipetur,
& fiat evigilatio, qua soluti spiritus munere
suo rursus fungantur.

CCLXVII.

Longitudo, & brevitatis vitæ consistit in
æqua humidi radicalis cum calore naturali
contemperatione, & ex horum variatione,
prout natura ordine robusti, vel debiles sunt,
juventutis, & senectutis, aliarumque ætatum
discrimina proveniunt usque ad ultimum
vitæ terminum, in quo extincto calore na-
turali, & humido radicali consumpto, per-
eunt cunctorum viventium formæ materia-
les, anima verò rationalis superstes adhuc re-
manet à corpore separata.

CCLXVIII.

Anima itaque rationalis præter aliorum
viventium dictas facultates habet intelle-
ctum, & voluntatem: unde ejus essentia su-
pra quodcumque materiale elevata naturam
sortitur, quasi cum mentibus angelicis com-
mu-

167
munem, & inde spiritualemente, & immor-
talem, constat non solum Fide divina, sed
etiam ex evidenti ratione naturali nota ipsi
Gentilibus Academicis, Platonis, & Peri-
paticis, tum propter suam immaterialita-
tem, & independentiam à causa defectibilis
tum propter innatum hominibus desiderium
non frustraneum immortalitatis, & felicitatis
in vita præsentis non assequibilis: tum
quia mors ex motivo Religionis, Honesta-
tis, & aliarum Virtutum est amplectenda,
non nisi quia vitam simpliciter non perdit,
sed in melius mutat anima rationalis æter-
nitati cum gloria victura, aliter melius esset
simpliciter vivere, & esse, quam non vive-
re, & non esse.

CCLXIX.

Intellectio est formalis objecti similitudo
expressa per imaginem realiter identifica-
tam cum ipsa actione, & verbo mentis;
unde in intellectu cognoscente, sive verè,
sive falsò nihil datur realiter distinctum ab
ipsa cognitione, quæ nullam dicit realem
relationem ad objectum in esse rei, sed so-
lum in esse speciei, à quo item immediate spe-

specificatur: Objectum enim in esse rei solum mediâ, & remotè concurret. Individuationem verò desumit cognitio, non ab unitate objecti, vel motivi, quia his multiplicatis, non ideo debent multiplicari cognitiones, sed ab unitate actionis intellectus objectum percipientis.

CCLXX.

Licet non ad cognitionem intuitivam objectum immediatè attingentem, ad abstractivam tamen sunt necessariae species intelligibiles, quæ ab intellectu ipso procedunt, quando transfert objecta ab ordine sensibilem ad ordinem intelligibilem, illa à phantasmatibus materialibus ad esse spirituale elevando, eo quidem modo, quo se habet lumen ad visibilia, quæ illuminatione illustrat, & afficit, & ex hac sua activitate vocatur intellectus agens; prout verò eadem species in se recipit, passibilis dicitur, & quatenus receptas conservat, sequè iterum ad illas convertit, Memoria nuncupatur.

CCLXXI.

Voluntas aliarum potentiarum Regina libera libertate indifferentiæ propriè solum fertur in bonum ut bonum; & à malo fugit ex ratione boni oppositi, quo privatur: cum bonum absolute detur, malum verò solum respectivè, in quantum aliquid alicui disconveniens est, quod tamen in se, prout ens, transcendentaliter bonum semper extat. Inde voluntas omni amore vacua, neque potest ullum actum odii exercere; atque adeo unusquisque dum odium concipit, amat, odiumque crescit ad mensuram, & proportionem amoris.

CCLXXII.

Neque ex motivo exercenda libertatis potest voluntas bonum, quia bonum, odio habere, & malum, quia malum amare, aut odisse, vel amare objectum indifferens, quia modus operandi voluntatis per actum amoris est, ad modum ponderis trahi a bonitate objecti, & à malitia retrahi, ac averti, & absque motivo aliquo, neque potest trahi, neque averti, & licuti in appetitu sensitivo circa

bonum, & malum sunt plures actus, ita similes adsunt in voluntate, sed rationales.

CCLXXIII.

Non datur pura omisso, quæ etiam libera sit, quia libertas absque ullo actu exerceri nequit, cum de sua ratione formali dicat aliquam determinationem, quæ non nisi per motum, seu actum fieri potest. In potentis tam cognoscitivis, quam non cognoscitivis nulli dantur habitus, qui sint qualitates mortuæ distinctæ ab illis, sed major facilitas provenit à remotione impedimentorum, maxime loquendo de potentia non cognoscitiva: quoad cognoscitivam enim fit habitus præcipue à speciebus redditis intensioribus ex frequentatione similium actuum præcedentium, & quoad voluntatem specialiter ex frequentatis actibus indeliberatis, & quasi naturalibus, unde manavit effectum, habitus fit altera natura.

CCLXXIV.

Anima rationalis separata à corpore propriè non est in statu violento, quia secundum
na-

naturæ ordinem à privatione ad habitum regressus non datur: exigit nihilominus ad hominem constituendum suam partem, cui de fide est, quod aliquando reuniri debeat non amplius deinceps separanda. Interim autem dum à corpore separata manet, caret quidem operationibus sensitivis, quæ ab organo corporeo dependent, sed intelligit, & vult circa objecta, quorum species spirituales ipsam comitantur, ut sunt cognitiones scientificæ; indeque virtute præditis, hæc erit in æternum felicitatis laurea, quod acquisitis scientiis delectentur, & fruantur, maxime cum omnes effectus ad suam veram causam redactos cognoscant, qua felicitatis laurea indocti carebunt, ac proinde nunc potissimum solliciti esse debemus in terris de cognitione eorum, quorum scientia remanebit in Cælis.



EX METAPHYSICA.

CCLXXV.



ETAPHYSICA inter scientias omnes ex communi Philosophorum consensu objectum habet universalissimum, & nobilissimum, nempe ens in communi, & in tota sua latitudine speculabile, prout est ab omni materia, tam secundum rem, quam secundum rationem abstractum, non inde tamen unitas, & distinctio ejus Metaphysica in aliqua negatione, sed in entitate positiva consistit, quæ à nullo extrinseco mutuari, aut desumi debet, sed semper ubicumque erit essentia entis, pariter aderit intrinseca unitas positiva ejusdem, indeque extrinsecè solum negatio est affirmatione prior.


CCLXXVI.

Ens autem metaphysicè sumptum, quoad suum conceptum abstractissimum est prædicata-

catum transcendente, quod omnibus rebus tribui potest, vel existentibus, vel non existentibus, & benè dicitur id, cujus actus est esse. Hinc patet quodlibet eo modo dici ens, quo actum importat, unde oritur entis divisio generalis in actuale, quod actu existit, & possibile, quod actu esse potest, atque à ratione entis ut sic impossibilia tantum excluduntur, quibus sola ratio entis supertranscendentis competit, nempe cognoscibilitas ex extrinseca denominatione.

CCLXXVII.

Transcendentia prædicata Metaphysica universalissima, & incomplexa quatuor sunt, nempe Ens, Unum, Bonum, Verum; Primum prædicatum Entis idem ac Res, & Aliquid, est id, quod est. Duplici autem modo potest intelligi Ens, nempe verbaliter, prout importat temporis differentiam determinatam ad tempus præsens, & nominaliter prout dicit esse à qualibet differentia temporis præscindendo. Dicitur hoc prædicatum in rebus primum cognitum, eo quod sit impossibile concludere aliquid esse tale, nisi prius constet illud simpliciter esse, juxta illud




174
illud, non potest verificari propositio de ter-
tio adjacente, nisi prius verificetur de se-
cundo.

CCLXXVIII.

Enti contradictoriè opponitur non ens,
seu Negatio, quæ sicuti Privatio nullum esse
reale habere potest, sive dicatur positivum,
sive negativum, sive absolutum, sive dimi-
nutum: Si enim aliquid hujusmodi esse ha-
beret, daretur actu infinitum reale in Nega-
tionibus, & Privationibus, quæ infinitæ sunt,
& præterea essent aliquid ens à Deo distin-
ctum, & improductum, quod est impossi-
bile; unde dicendum, quod solum habeant
esse abusivum per rationem ex nostro modo
conciipiendi, quo ipsum non ens esse non
ens dicimus, ad propositionis veritatem af-
firmandam, non ad Negationis entitatem po-
nendam.

CCLXXIX.

Secundum prædicatum Unitatis oritur ex
rei positiva indivisione in se, & divisione
à qualibet alia re, & quando amittit hanc
Uni-



175
Unitatem, definit quoque esse talis res. Unde
Unitas est proprietas convertibilis cum eo,
quod positive est aliquid, & subdividitur in
Unitatem Genericam, Specificam, & Nume-
ricam, eò quod tot debeant esse entis Unitates,
quot sunt divisiones graduum positivo-
rum ejusdem, sive in abstracto, sive in con-
creto consideretur.

CCLXXX.

Tertium prædicatum Veritatis est rei con-
formitas cum sua idea, vel immutabili, &
dicitur conformabilitas, seu Veritas transcen-
dentalis, & in essendo, vel cum idea muta-
bili rationis cognoscentis, & objecti con-
formitas actualis, seu Veritas formalis, & in-
representando nuncupatur, cui opponitur
falsitas per objecti difformitatem à cogniti-
one. Hinc Veritas primo modo simpliciter est
in omnibus, prout sunt essentia, & secundo
modo dicitur de omnibus, quorum essentia,
prout est, cognoscitur.

CCLXXXI.

Quartum prædicatum Bonitatis importat
rei

tia creaturæ à Creatore, tam in ordine agendi, quam patiendi, supposita potentiae capacitate applicata ad ea, quæ sunt intra suam sphaeram, non per exercitium concursus debiti ex lege naturali, & ordinaria, sed per concursum specialem, & aliàs indebitum, vel quoad rem, vel quoad modum.

CCLXXXV.

Uterius potentia, alia est subjectiva, cui actus formalis, alia objectiva cui entitativus actus correspondet, & alia Logica, seu Metaphysica, quæ in eo consistit, quod aliquid simpliciter non involvat contradictionem ad esse: unde malè ab aliquibus confunditur cum objectiva, quàm præcedit, valet enim illatio ab objectiva ad Logicam, & non è contra à Logica ad objectivam; Deus enim est in potentia Logica, non autem objectiva.

CCLXXXVI.

Actus dividitur in primum formam præcisè, & secundum operationem simul continentem; ulterius dividitur actus in formalem, qui potentiam subjectivam complet in
ea

ea linea, in qua est talis actus, vel substantialis, vel accidentalis, & in entitativum, qui tribuit potentiae objectivæ existentiam, per quam res in proprio esse reali à nihilo contradistinctum constituitur, sive forma sit, sive subjectum, sive substantia, sive accidens.

CCLXXXVII.

Necessarium, vel sumitur in essendo, & solam primam causam includit, cum reliqua entia sint contingentia, vel in causando, & importat necessariam connexionem inter causam, & effectum; quod si talis connexio non adsit, resultat contingens. In nullo genere autem causarum, sive ad effectum sit essentialis, sive accidentalis connexio, datur processus in infinitum, tum quia datur esse primum: tum quia non datur, neque dari potest multitudo causarum actu infinita.

CCLXXXVIII.

Gradus Metaphysici totam lineam entis à summo genere usque ad singularia consti-



tuentes, & ad Metaphysicam compositionem, & divisionem spectantes, neque distinctione reali, neque formali ex natura rei, sed solum ratione inter se distinguuntur, eo quod independenter ab intellectu sint una, & eadem entitas realiter, & formaliter, desinuntque esse universales, & communicabiles, per individuationem divisivam generis, constitutivam speciei, ejusque subjectorum distinctivam.

CCLXXXIX.

Si essentia sumatur ad modum nominis, & existentia ad modum verbi realiter inter se inadequate distinguuntur, cum tali pacto, vel realiter separari possint ex parte temporis: unde si rei existentia includeret omne tempus, tunc nulla realis distinctio confurgeret, ut in Deo contingit. In creatis autem solum, vel ad modum nominis, vel ad modum verbi, ambæ simul sumptæ sunt unum, & idem realiter inter se, eo quod res per suam essentiam actualem extra suam causam ponantur, & cum essentia dicuntur esse ab æterno, intelliguntur habere tale esse solum quoad necessitatem coordinationis suorum. Im-



CCXC.

Impossibilia negantur à parte rei per veram negationem, non per entitatem positivam, qua tamen per impossibile impossibilitata, negatio impossibilium posset mutari in affirmationem, fierentque ex impossibilibus possibilia. Possibilitas autem intrinseca rerum est coordinatio predicatorum essentialium. Extrinseca verò, non est aliquid se tenens ex parte rerum ante earum existentiam, neque esse diminutum, aut negatio repugnantia, vel conditionata veritas, sed est sola virtus causæ potens ipsa possibilia producere, quæ de nihilo ad aliquid esse transeunt.

CCXCI.

Esse ab alio, vel in ordine ad aliud fundat relationem, vel predicamentalem, vel transcendentalem. Prima fundamento accidentalis tantum realis est, quando fundatur in aliqua actione, vel passione reali, quarum vi extrema inter se aliquem respectum habent, ut causa, & effectus, potentia, & actus, &c. Alia verò, quæ dicuntur relationes predicamentales similitudinis, dissimilitudinis, equa-



182
æqualitatis, & inæqualitatis, quando in nulla
entitate reali fundantur, non sunt relationes
reales, sed solum secundum dici.

CCXCII.

Relatio transcendentalis est essentialis fun-
damento, quod sine illa nequit existere, &
ut realis, dicit realem coexistentiam extre-
morum, inter quæ tamen non est necessè,
quod sit mutua relatio æqualiter, cum ali-
quando possit esse transcendentalis respectu
unius, & prædicamentalis respectu alterius,
ut in relatione modi ad rem modificatam,
& ipsius rei ad modum, immo universali-
ter loquendo, non est necessè, quod relatio
terminet semper ad relativum, sed aliquan-
do ad absolutum potest terminare, quando
nempe mutua non adest ratio fundandi rela-
tionem inter ea, quæ solum quoad unum re-
spectum sunt correlativa.

CCXCIII.

Substantia non dicitur ens per se, quasi non
possit esse in alio, sed quatenus rem primò
constituit, & per se complet, sive in alio sit,
sive

183
sive non: è contra verò esse in alio est ce-
ceptus accidentis, eò quod enti jam comple-
to adveniat, & si recipiatur in incompleto,
non illud in linea entis per se complet, un-
de dicitur à Philosopho ens non simpliciter,
sed secundum quid, & contingenter, idest
entis ens.

CCXCIV.

Dividitur substantia in materialem, seu
corpoream, & in spiritualem, seu incorpo-
ream. Item in completam, quæ dicit totum,
& in incompletam, quæ dicit partem. In-
super dividitur etiam in primam, & secun-
dam. Secunda est substantia universalis, quæ
per intellectum abstrahentem à particulari-
bus habet esse. Prima verò est substantia rea-
lis verè existens, & individua, cui unice
competit esse suppositum ratione substantiæ.

CCXCV.

Apud veteres Philosophos ignota omnino
erat substantia, quàm certò dari nos primò
docuit Fides ex misterio Incarnationis Christi
Domini, in quo natura humana ipsius pro-
pria substantia creata spoliata, terminata.
fuit



fuit subsistentia verbi Divini, & sic ipse Christus Dominus verè Deus, & verus homo erat. Est autem subsistentia ultimum nature substantialis complementum reddens ipsum suppositum alteri incommunicabile, non inde tamen asserere oportet subsistentiam consistere formaliter in mera negatione, sed potius ipsam per veram entitatem realem positivam constitui de primario, & postea de secundario negationem importat, ut ex ipsius affectionibus evidenter apparet.

CCXCVI.

Quamvis nulla subsistentia sine natura, cujus est propria, existere nequeat, cum modorum ad instar sit cum ipsa essentialiter colligata; potest attamen de absoluta Dei potentia natura aliqua omni subsistentia spoliari, & adhuc existere per se quidem substantialiter, licet non suppositaliter, in quo statu non contra essentiam, sed solum contra ejus exigentiam fieret, quatenus absque ulla implicanti privaretur facultate operandi in actu secundo. Potest deinde talis natura compleri, non per propriam, sed per alienam subsistentiam, ut quoad hoc in Christo Domino
fa-



factum fuisse Fides docet. Insuper etiam fieri potest, si Deus absolute velit, quod natura aliqua propria subsistentia retenta, aliis item subsistentiis terminetur, in quo casu idem compositum plures naturas, pluraque supposita referret, non per identificationem, sed per unionem, mirabilem quidem, sed non impossibilem in hypothesi de entitate subsistentiae formaliter positiva.

CCXCVII.

Ex natura autem, & subsistentia, quae resultat compositio dicitur fieri cum his, non ex his, & tale compositum dicitur unum, vel multiplex, non ratione naturae sed suppositi, vel personae, ad differentiam compositionis formalis, per quam natura constituitur. Inde malè arguebant circa subsistentiam verbi in humanis Nestorius, & Eutichetes inferendo, vel ex duplici natura duplicem Personam, vel ex unica Persona unicam naturam, & in Divinis Sabellius, & Arius ex unica natura unicam Personam, vel ex triplici Persona triplicem naturam.

Sub-





CCXCVIII.

Substantia incorporea, & incorruptibilis sunt Angeli in varios ordines pro munerum diversitate divisi. Ab initio suæ creationis, quæ simul fuit cum principio Mundi corpori, per species sibi connaturaliter infusas res naturales intuitivè perfectè cognoscunt; Species enim materiales ab objectis materialibus recipere nequeunt, & licèt habeant perfectam cognitionem, & scientiam omnium causarum, & effectuum naturalium, non tamen valent futura contingentia, & libera, atque cordium secreta certò cognoscere, sed solum ex conjecturis arguere, unde eorum cognitio benè dicitur attingere, & unum post aliud, & unum ex alio.

CCXCIX.

Se ipsos autem cognoscunt Angeli per propriam substantiam intimè præsentem, & objectum ipsorum cognitioni proportionatum, sibi què mutuò loquuntur ex directione conceptuum ad invicem. Circa objecta proposita, libera volitione procedunt, excepta visione beatifica, & moventur localiter, tam motu



motu continuo, quàm discreto, & non raro etiam instantaneo. Possunt assumere corpora, non tamquam formæ informantes, sed tamquam actus assistentes, & circa naturales effectus mira possunt patrare per suam exquisitam scientiam, & celerrimum agendi modum applicando activa passivis, non autem supra vires naturæ miracula facere, & Angeli mali ex peccato Superbiæ perdidit quidem dona gratiæ, non munera naturæ.

CCC.

Rerum denique omnium primum principium, & noster ultimus finis est Deus Optimus, Maximus, à seipso, in seipso, & in aliis omnibus existens propter suam immensitatem, quam sicuti etiam alia attributa demonstrare potest Philosophia universa, via supremæ causalitatis, & eminentiæ, qua solus Omnipotens, atque in omni genere perfectionum simpliciter infinitus palàm exhibetur, ac proinde in ipso merito suum terminum habet Philosophia, ut ibi sit meta laborum, ubi omnis plenitudo felicitatis abundat.

FINIS.






IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro
Sacri Palatii Apostolici.

*Dominicus de Zaulis Episc. Verulanus
Vicesgerens.*



IMPRIMATUR.

Fr. Cęsar Ludovicus Saminati Mag. & Socius
Reverendissimi P. Fr. Paulini Bernardinii
Sacri Apostolici Palatii Magistri, Ordinis
Prædicatorum.



CONCLAVE VIRTUTUM
CLEMENTI
UNDECIMO
PRINCIPI OPT. MAX.

A JOANNE FRANCISCO DE PASSIONEIS
FOROSEMPRONIENSI

Collegii Clementini Consiſtore, & Academico

Æstro Fatidico referatum.

ANNO MDCCI.



ROMÆ MDCCI.

Ex Typographia Lucæ Antonii Chracas, præpõe M.C. Innocentianam
SUPERIORUM FACULTATE.



CONCLAVE VIRTUTUM
CLEMENTI
UNDECIMO
PRINCIPI OPT. MAX.

A IOHANE FRANCISCO DE PASSIONEIS

ROSAE PONTIFICIAE

Chilii Censorii Censorii & Rectoris

Rosae Pontificiae

ANNO MDCCII



ROSAE PONTIFICIAE
CENSORII CENSORII & RECTORIS
ANNO MDCCII

CLEMENTI³
UNDECIMO
PONT. OPT. MAX.

Joannes Franciscus de Passioneis.

MAXIMUM ubi virtutis incremen-
tum est, BEATISSIME PATER,
ibi & encomia extorquentur,
& extorta longe minora depre-
henduntur exactis; Si nostri
igitur ingenii tenuitas, quamvis tanto oneri
impar tuis aliquid, decerpere dicam ne, an
delibare è laudibus gestit, te ipsum consule,



4
 si minor est; Meæ profecto imbecillitati igno-
 sces, cum tuarum virtutum seriem æqua lance
 perpenderis; Hæ enim, cum humanas exce-
 dunt vires, quid mirum humanis laudibus
 contineri non possint? Hæc tamen utcumque
 se habeant, nimis arduum cohibere linguas,
 cum nec animos gestientes ipsa queat im-
 perantis modestia coercere; Et fanè, qua lege
 continerer, cum tot inter publicas acclaman-
 tium voces, tot inter populorum gaudia, hila-
 resque plausus, privatam cujusque felicitatem
 communibus adauctam auspiciis sentirem, ,
 itaùt te unum omnibus, te unum cuique in-
 dulnisse Cælitè viderentur. Ne igitur in tot
 meritorum tuorum congerie, torporis, &
 erga beneficiorum munificentiam ingrati ani-
 mi labe redarguar, germani Obsequia meis
 conjugam; Rectè enim ambobus conju-
 randum erat in laudes tuas, dum tu & ambobus
 uberrimam laudum tuarum materiem imper-
 tiebaris; Nobis siquidem certandum laudibus,
 dum tu certas beneficiis; Utcumque igitur
 humili ingenio exarata carmina sereno vultu
 intuearis precor, atque obtestor, hæc, ut reddes
 excipiendo tua, profecto quam ab ortu sortita
 sunt, dedissent infirmitatem.

CAR-



C A R M E N⁵

AUDIA Terrigenum, latantùm Gaudia Divùm,
 Eternumque Decus, Majestatemque reverendam
 CLEMENTIS canimus, qualem vix Summa Potestas
 Induit, ut subito sit se confessa minorem.
 Interea prob Sancte Pater, Pater Arbiter Orbis
 Cælestes mihi pande modos, quibus hauriat altum
 Inde sicut iter mentis furor, inde calefac
 Plusquam Pierius flammis par omnibus, unus
 Ardor, & ignivoma moveantur carmine fibre.
 Eja age, pande libens, nam te mandante, volatu
 Tutum erit insolitæ vatum transcendere metas,
 Dammatosque aliis cantu consumere fontes.
 Magna canam, nec scilicet canam, namque ceper igne
 In Sublime ferar, nimiumque micanti a figam
 Syderibus cognata suis NOVA SYDERA Cælo.
 Obruta Sanguinei spissa caligine Martis
 Ferales Europæ diu sudaverat annos;
 Nilque urbes, nisi luctus erant, truculentæque bellis
 Bella sequebantur, conjuratæque ruina
 Horrendum tonere minis, tantæque Gradivum
 Terruerant clades auctorem, hinc Marte peracto
 Evulsas videas armis furialibus urbes,
 Mixtæque semivotos superare cadavera muros;
 Illic si aspicias, uno cumulantur acervo
 Armorum fragmenta, faces, galeæque cadentum,
 Atque imperfecto luctantia corpora letbo.
 Sed postquam nimium visum est fuisse cruoris,
 Atque truces explese animos, calydemque minatem
 Fune-



Funestasse satis; veteres obliuifurores
 Protinus ira minor, foliis & clementior atas
 Erexit pudibunda caput male certa salutis.
 Qualiter eoo rediuuiois ab aquore Titan
 Cum pelagi decreuit hyems, nubesque recedunt,
 Matura nec creuit adhuc audacia lucis
 Exerit os, timet & primos infantia gressus.
 Vix tamen orta quies, & leto munere pacis
 Sollicitas hominum cepit componere curas
 In noua bella mouent, stygiis renouatque sub undis
 Consumptas Bellona faces, veteresque furoros
 Imperat esse pius; iterum Deus Armiger atras,
 Sanguineo lauat imbre comas, auidoque futuros
 Edifcat capiti cineres, cui seua cruentum
 Mors ferrugineo curram tenebrauit amictu,
 Armis que manus; Auditur flebile Marmor
 Hesperia, flavusque Tagus, qui stetibus undas
 Accelerans, lacrymas uidaa dispensat ab urna.
 At uero ut primam venturi exordia belli
 Virtutum numerosa cabars despexit ab alto,
 Agnouit miserata suos, iam iamque cadentes
 Fronti aderant lachryma, uetui sed gloria stetus;
 Nec ualere morae, congestum pectore fasso
 Grande aliquid quaeque una preni, accessere Tan anti.
 Tollitur alta Domus compalli terminus Orbis,
 Exultatque polis, nitet hic pulcherrimus ordo,
 Immensumque aperitur opus, nec Calica paller
 Materies fatiata auro, solidoque micantes
 Nec sordent adamante fores, sed tella coronat,
 Astrarum geniale iubar, radiisque serenis
 Inter Sydereos VITREUM MARE fulgurat ignes.
 Assi intus quodcumque nitet, quodcumque mouetur,
 Panditur immane, ingens luminis incrementum.

Mira

Mira oculis facies! lux obstupet ipsa nitores
 Admirata suos, auras spiratque perennes
 Majestas, secura loci, partemque uidere est,
 Uide minora suum felicitis gaudia terras,
 In medio surgit sedes chrysalina circum
 Hanc, uirides formosa Iris sinuatur in arcus,
 Quos super infantum collidunt plurima amorum,
 Agmina, & eterna iam dudum luce fruuntur.
 Hic sedet Omnipotens septena lampade cinctus,
 Effulgetque Pater, simul & Sapiencia Patris,
 Natus, & hos inter procedens Mutuus Ardor,
 Quos unum Natura facit Divina, tribusque
 Simplex, una subest substantia. Constat ante
 Majestas ubi sede nitet, praecleara Dearum
 Turbas, paruent subitam nimis obuia lunina lacem
 Praecipitantque genit, celsitum Recltor Olympi
 Ut subito è solo magnum, Augustumque Senatum
 Aspexit, Sceptro mandante silentia iussit.
 Ergo ut supplicibus concessa licentia fandi
 Arbitra uirtutum dulcitra Prudentia cepit.
 Summe hominum, Diuumque Pater, Suprema Potestas,
 Sic tua sic miseris auertis lumina terris
 Atque suis regnare diu testat a nefasto
 Secla dies, tantisque homines succumbere fatid
 Forsan si qua tibi meritas expendere poenas
 Mens fuit Europas iam tot durata per annos,
 Non satis innumeras hausit discordia clades?
 Aspice prob quantis lateant sub caedibus urbes,
 Concretoque uirum tumulentur sanguine campis
 Aspice ut exanimis iterum furor excitet ignes,
 Bacceturque animis, fatisque negantibus arma
 Arma uiri rapiant, timeant, insistentque, ruantque
 Praecipites, Bellum paruant, Bellumque minentur.

Aspiciis

Aspicias hac & precor ubi celeres avertite ruinas,
 Crescendique impone modum, neque enim ardua credū
 Hac ea, qua petimus, tua si modo provida cedant
 Dignam iussa animam, dicas, heu! denique terris,
 Unanimi assensu lacrymis jam parcite gentes,
 Pontificem dedimus, (quippe insula summa paratur).
 Quails erat, quantusque fuit, qui nuper eodem
 Insignis sulco legum prohibente beator
 Redderat populos, & qua caelestia credas
 Fecerat esse hominum, quem tandem moribus aequis
 Abstulimus terris, nostraque locavimus aulis;
 Pontificem dedimus, pleno pax aurea cornu
 Mansuras mox pandet opes, tenuique volatū
 Aurea discutiet libratis Secula pennis.
 Omnibus unus amor, (prob dulcia Secula!) plausus
 Omnibus unus erit, tanta & sub Principis aura
 Letantes petiisse parūm, Superique, Hominesque
 Majorem stupeant votis; sic fata: Tonantem
 Crediderat precibus jam jam flexisse, sed orsa
 Occupat, (in tanto mirum potuisse dolore!),
 Auxia Religio, tenet hac tellure jacentes,
 Prona oculos, viduogque regit velamine frontem.
 Inscia venturae sortis, sed blandus in illa
 Ipse dolor, luctusque placet, majorque venidet
 Ore decor, cogitque sibi servare tenebras.
 Ut postquam virides antri satibebit auras,
 Extat opus Phydias, cuius frons saxea, musco
 Semisepulta jacet, raditque inimica vetustas
 Exesa lacera ora situ, tamen intus imago
 Vivit adhuc, ingensque etiam stat forma, decorque
 Tota aevi rabies, potuit nec condere totum
 Artificem; tali in speciem lugentis, amictū
 Ora tegens supplex sic incipit. Arbitreri aui

Ergo

Ergo nulla dies, pietas nec lenies ulla
 Aspera fata hominum, facilisque movere numquam
 Pacem exoptatam misiris concedere rebui?
 Aut hoc si nimium, tantum sit cura futuris
 Exitiis servare pios, nam debita quamvis
 Que patimur, dudum nos & meruisse satemur,
 Speramus sed posse frui, tua scilicet ira
 Indulgens, hac vota fovet, cum sepius ipse
 Fulminibus placuisse solet, tantisque periculis
 Sic placet, ut praesens etiam videatur abesse.
 Ast quid quid petimus; petitis qua (credite), ab eo
 Sunt data, Numen ait, nostrum nec talia nuper
 Consciterant animo, sed temporis ante rotas
 Haec alta sub mente sedent, tuque omnibus una
 Interea desiste queri; Majora petitis
 Jam dabitur terris, neque enim diversa rogantum
 Vota, praecipue obstant, immo vos ipse moncho
 Nunc quantum sperare datum, tandemque recludam
 Quid largitorem quid sit sentire Tonantem.
 Annuimus dictis; populis ventura Potestas
 SYDERIBUS redimita caput descendit ab altis
 MONTIBUS, è dextris quorum vestigia lambit
 Fecundis METAURUS aquis; pernicibus ergo
 Carpente iter pennis, bilaremque intendite cursum,
 Quà septemgeminò confurgit vertice Roma,
 Illa Virum, dabit illa Caput, dabit illa Parentem,
 Noscere quem dedimus, tantumque Heroa paratum,
 Ex quo Romulea succrescant altius arces;
 Dixerat; infremuit non equo murmure vulgus
 Calicolum de more, vetat sed plura profari
 Omnipotens, motaque manu demisit orantes;
 Conticuisse datis, & prono poplite flexum
 Submisere caput confessa gaudia vultu.

B

Auditis

Auditis, quæ Numen habet per magna Tonantis
 Atria sit clamor; superi namque ordine nullo
 Accelerant, ollis quorum pars eligit axem,
 Componitque viæ, pars altera fronte citatos
 Addit equos curru, verbis gratantur amicis
 Circum alii, dextraque docent, quæ semita monstrat
 Fortunatorum Latiam Sedem populorum.
 Jamque ascendebant inter tot gaudia currum
 Virtutum præclara Phalanx, vix attamen illo
 Exiliere loco, (fertur sic servidus axis),
 Ut superum mox raptæ oculis, jam jamque videbant
 Romuleas longæ nubes; tum fudit obortat
 Dulcis amor lachrymas, vetuit nec gloria sietus,
 Nam si profusi corrumpere lumina guttis
 Nuper papa fuit, nunc est sic flere voluptas.
 Vix ea; tam tacito curru confedit, ubi ingens
 Vaticanus Apex felicia culmina Cælo
 Inserit, & mediâ aspectat nubibus urbem.
 Axis ad aspectum videas allambere circum
 Prodigiale jubar, flammis que incendere culmen
 Innocuis; veluti si quando gurgite ab imo
 Unda repercussa vibrat mendacia flamma:
 Jam credas latices totis ardere favillis
 Inscius, at gelidit aliena incendia linguis
 Circum dulce micant, nullis paritura timorem.
 Tempus erat, quo prima aperit primordia lucis
 Phosphorus, & linguis surgens aurora cubile,
 Illa tamen dubiis dormire videtur in umbris.
 Purpurei tunc ergo Patres (Cælestis cunctis
 Tantum amon extimulat,) citius de more, sucto
 Devenere loco, toties ubi paxide in una,
 Ponitur Imperium, donec divisa voluntas
 Unanimi assensu Procerum collimet in unum.

Talia

Talia dum peragunt, culmen jam Turba Dearum
 Liquerat, & media velox convenerat aula.
 Prodigis quæ scena patet? quæ lumina tendas
 Nil spectare datum, nulla stant per via laci
 Corpora, jam formas omnes exuta colorum.
 Vix tamen ille, oculos, qui Mæsitate futura
 Grande coruscabat, paulùm tellure jacentes
 Sussulit ad Cælos, exemplo ut vidit amicas,
 Agnovitque Deas, (namque ipsas cernere, tantùm
 Huic superi indulgere;) labor tunc arduus illis,
 Cui faceant mandata poli, spiritus que verendam
 Quenam purpureo major reverentia carâ.
 Fors & adhuc dubia (Patrum præsentia tantis
 Irradiat meritis) verùm assurgente Senatû,
 Quem non abscondit privata modestia frontis,
 Imperio sensere parem, tunc fulminis instar
 Agglomerata manus, procerum seseque vicissim
 Fassa oculis, voto vota hac conjungit in uno.
 Tu Mundi communis amor, tu gloria, tu spes,
 Ne quid turpe puta semel indulgere parumper,
 Plurima nos humilem demittere ad oscula frontem,
 Atque frui dulci alloquio, precor annue, felix
 Te sine Nulla dies, noctis nec amabilis umbras
 Avertet mala vota Deus; nec plurima fando
 Impatiens jam Turba mora dum sacra silentis
 Cingere tergemini intendit tempora vittis,
 Abnuat ille, piis lachryma tum sponte exudentes
 Irriguere genis, nimio & pallore reluclans
 Perdidit ora rubor; circumstetit admirantum
 Copia, stectatur voto nisi supplice Princeps,
 Jam iam communem desperatura salutem.
 Sed tristes postquam lachrymas satis edidit, ingent
 Invenit quoque verba dolor, nam provida iustis

B 2

Serva-

*Servatrix Astrea moras male passa timeri,
 Talia dicta dedit. Princeps iustissime, Princeps
 Incaustum ne perge queri, caelestia tristes
 Iussa vocant lacrymas; nos te Deus ipse praere
 Iussit ad Imperium, datur hac tibi summa Potestas
 Consilio Superum, nondum maturior aetas,
 Quaeque repellentem viduo succedere regno
 Oustabant, suppleta Deo, te à Numine Regem
 Non ne probant? quando defunt moralia, Caelum
 Auctor. Nil ne movet Patrum concordia? Tantum
 Hoc meruit juratus amor? non plurima; Amorem
 Aut jam redde tuis, collatum aut accipe Regnum,
 Debueras aut tu merito caruisse; Potestas
 Eligitur virtute tua, non auspice voto;
 Virtutem lades, si pramia subtrahis, illa
 Vel te, si merito, quod jam facta aqua dederunt,
 Denegat Imperium; solio decedere quondam
 Tentarunt alii, sed postquam copia fletus
 Adstantum tenuere oculos, animique dolentis
 Consilio paruit nimii indulgentia luctus,
 Concedens lacrymis mens Imperiosa petitis
 Paruit, & parens nunquam meliora iuventis
 Argumenta dedit; quid adhuc modò Sceptra recusa
 Amplecti? tantoque animum componere regno?
 Hic etiam lacrymas procerum maestissimus ordo
 Effundit, luctusque parum si copia, crescit
 Fletibus aucta tuis, luctus oblite tuorum,
 Quod si aded perhas, si quid data fadera amoris,
 Si quid nostra fides, & quod mihi dulcius, aut tu,
 Respice, qua dedimus, nam si te digna, quid obhas?
 Te nisi digna, Dator faciet; tantum accipe regnum.
 Haec ait, ille dolens admot a lumina palla
 Nudabat lacrymis, paulum & solatus, ab ore*

Contra

*Contra pauca refert; hoc dum mea denegat aetas,
 Et mediis longè virtus infirmior annis,
 Iam dudum renuis, sed quid renuisse iurabit,
 Si Deus esse iubet, cedendo vincitur, ergo
 (Cogimur heu nimium!), mihi si concessa potestas
 Consilio Superum, Superis parere necesse est.
 Finierat; veteres cedunt in gaudia luctus,
 Imperat ob plausus, Populi, procerumque Senatus
 Latatur pro votis rem cessisse, fatetur
 Quin majus sibi quisq. datus, O nimis Inclyte Princeps,
 Grandia quem tantum populorum commoda regno
 Evexere, tuam frustra numeravimus ante
 Virtutum Seriem, si nunc superare videmus
 Incrementa, tamen melior faustissima Roma
 Sors mihi Testis erit, majus quo semper in uno,
 Auctumque inveniet, quo duratura Potestas.
 Felix Roma, sui dudum tumulata triumphis
 Exere te veterem, simul & redicoria ruinas
 Pulvere detege sit, sic cana senectus
 Principe sub tanto disceet juvenescere, sic &
 Reliquias operum, laceraque cada vera pompa
 Quidquid & exanimis tanta latet urbis in urbe,
 Emendare datum. Non si mihi Carminis Auctor
 Carmina det centum, centum det Mantua, centum
 Thebarum generosa Chelys, tanto excitus astro
 Sufficerem, prisca quantum superaverit annos
 Clara dies, de qua mirata est fama canendo,
 Seu quod concineris, vel visa sit ante silere.
 Quò raptor? Quò mente feror? me Sydera poscunt
 Et testata vocant languentis ad atria Caelus,
 CLEMENTEM quotas morienti occurrere, Cerne, ut
 Anxius extremas vita commendat Olympo
 Reliquias, Stygioque rapit mala vota Tyranno.*

Parte



14
*Parte alia videas: Sed iam properate canentes
O Superi, quos tanta datum miracula tueri;
Non nisi Sydereo sunt hæc celebranda triumpho.*

Finis.



